diligent notandū q̄ ydea est rō eterna in mēte diuina. sed q̄ quam aliquod est formabile ad extra: Et sic causatur ab intellectu diuino. Cum enim intellectus diuinus in secūdo instanti nature intelligit extra essentiaz diuinam res p̄ talem intellectionem habent esse cognitū. Et cuz intellectus diuinus intelligit se illas res intelligere q̄li p̄ quādam reflectionem ōz intellect⁹ diuinus habere tales ydeas siue similitudines illarum rerum possibiliū p̄duci aū p̄ p̄oducantur. Et si obiciatur augustini auctoritate in libro de trinitate q̄ ydee in mente diuina. sunt vita creatrix ergo ille ydee sunt deus et p̄ ꝛsequens non erunt entia rationis q̄ est contra p̄ssuppositum. Item ydee sunt adorande ergo sunt deus ergo nō entia rationis. P̄ro solucīōe nota. q̄ ydea duplicit sumit vno enī modo p̄ forma denoiate ꝛ tunc nō est aliud nisi cognitio diuina que quidem cognitio est ipsemet de⁹. Alio enī modo capitur [illegible]a p̄ro denominate ꝛ tunc ydea non est nisi res cognita in mente diuina. Unde ydea in mente diuina sūt vane in substantia. capiendo p̄ forma denomiate siue p̄ro simplici cognitione diuina tū p̄ro cognotatis distinguntur. Nam alia est ydea lapidis ꝛ alia hois.

Euasio

Solutio

Datur alia respōsio.

¶ Aliter potest dici q̄ ydea in mente diuina potest duplicit capi vno ei modo respectu termini ipsius a quo ydeātis et sic dico q̄ ipse intellectus diuinus ꝛ ei⁹ intellectio est deus ꝛ vita creatrix ꝛ adorāda. Alio enim modo potest sumi ydea respectu terminoꝛum ad quos. i. respectu rerum ydeatarum ꝛ sic sunt entia rationis. Contra quicquid in deo est/ est ipsemet deus ſz ydee sunt in deo ergo deus. Dico q̄ quicqd est in deo formaliter est deus/ non autem quicquid deus habet est deus. Et ex istis patet solutio difficultatis quia non est simile de ydeis et secūdis intentionibus.

Obiecta Solutio.

¶ Non enim intellectus diuinus discurrit comparando vnum cognitum ad aliud cognitum sicut facit intellectus creatus sed intellectus diuinus vnico actu simplici omnia cognoscit et intelligit. ¶ Et si obiciatur vbicū q̄ est oꝛdo ibi est discursus sed in diuinis est oꝛdo ergo discursus. P̄ro solucione (si placet) notabis aliqua que sunt de mente doctoꝛis subtilis tam in secundo sententiarum q̄ in primo.

Nota quadruplicē oꝛdinē p̄ totū

¶ Unde quadrupler est oꝛdo quidam est oꝛdo durationis siue temporis. ¶ Et est quando vnum est p̄ius tem

poze alio et talis profecto non reperitur in diuinis cum ibi non sit prius neq; posterius tempore. Alius est ordo nature non quod sint plures nature in deo sed quod in eadem natura hoc est in primo signo illius nature hoc in secundo. ¶ Et isto modo est prior intellectus q̄ voluntas Et ordo positus inter hoc primum signum et istud secundum vocatur ordo nature. ¶ Et nota (vt reperio) in doctrina doc. sub. q̄ istud signū nature siue ordo nature habet quattuor signa. in primo signo reperio essētiam que est prima entitas vnica et absolutissima realis in existentia actuali tanq̄ fundamentum radix et origo cuiuslibet entitatis. In secundo signo sunt ibi essencialia siue attributa diuinam essentiam circundantia et decorantia tanq̄ ornamenta pulcherrima vt flores ibi pululātia. ¶ In tertio signo sunt ibi notionalia vt productio passiua que duntaxat filio conuenit & spiritui sancto. Et spiratio actiua que patri et filio duntaxat conuenit. ¶ In quarto signo sunt ibi relationes communes/vt similitudo/equalitas/& ydemptitates. ¶ Et nota q̄ essentia diuina est radicaliter et formaliter infinita. Attributa autem. vt bonitas sapientia. iusticia & prudētia sūt formaliter infinita. & nō radicaliter: essētia vero decētia respectū ad extra vt sunt esse creatorem redemptorem glorificatorem nō sūt formaliter infinita. Cum pro formali significato dicant respectum ratiōis licet pro cognotato aliquod reale. s. ipsam essentiam. Relationes vero originis vt pateritas/filiatio & spiratio passiua neq; sunt radicaliter neq; formaliter infinita. sed precise realiter et ydemptice/ filius autem et spiritus sanctus sunt infiniti non quidem a se sed A patre. ¶ Tertius ordo est originis et ordo cōsequens et est inter producentem personam et productam. Nam producens persona dicitur in primo signo originis esse/ quia a se. et producta in secundo quia ab alio. Ita q̄ esse a se et ab alio sunt signa originis et relatio primi ad secundum dicitur ordo originis. Nam pater in primo signo intelligitur esse beatus et ideo cōceditur hec propositio pater in primo signo habet vnam beatitudinez que est vna perfectio. ¶ In secundo signo pater producit filiū q̄ habet vnā p̄ductionē que est vna origo. ¶ In tertio signo pater & filius producūt spm̄ sctm̄ q̄ habēt vnā spirationē.

Quid sit ordo nature

Nota q̄ttuor nature signa.

Tertius ordo originis.

Nota

Ordo originis triplicit sumit.

Hēs modus.

Tertius modus.

Quartus ordo perfectionis.

¶ Et nota q ordo originis in via doctoris subtilis est quid equinocum ex qua quidem equinocatiōe omnia nouitatum argumēta soluūtur. Ordo igitur originis tripharie dicitur/ uno enim modo vt est inter originata & originantem. i. inter patrem. qui est originans & inter filium & spiritum sanctum qui sunt originata et isto primo modo tria sunt signa. primum est esse a se et hoc conuenit patri secundum est esse ab alio et hoc conuenit filio. Tertiū est esse ab vtroq; et hoc conuenit spiritui sancto. Secundo modo sumitur ordo originis vt est inter origines que sunt generatio et spiratio et isto modo sunt duo signa. Tertio modo sumitur ordo originis vt est inter perfectionem et vnum nocionale et isto tertio modo sūt tria signa sicut et in primo. Et si queratur quid significāt hec signa originis vtrum significent aliquid/ vel aliqua/ vel aliqualiter. Responsionem quere ab okam. qui tangit hāc difficultatem. Est alius ordo qui vocatur perfectionis & est dum vnum dicit perfectionē formaliter reliquū non et istud signum siue ordo reperitur inter essentialia et nocionalia. Nam essentialia omnia dicūt perfectionem simpliciter nō autem nocionalia sicut dictum est supius. Et ex istis clare patet solucio argumenti superius facti & quid sit dicendum. Et pro maiori dictoꝝ euidentia/ hanc figuram de signis originis notaui/ et sculpsi/ sicut patet intuenti: que satis profecto ad intelligentiam primi sententiarum maiorem et stōi valet: et oīm nouitatum argumentorum solutionem. Ideo diligēter examinetur et inspiciatur. Multa quidem signa alia hoc in loco potuissēt adduci: sed breuitatis causa et loci penuria/ lento gradu transiui acdimisi. de hoc forte alias latius.

Hectibi figura dabit originalia signa:



Scda difficultas.

¶ Scda difficultas que nascit circa istas scdas intentiones est ista. Utrū logica sit de scdis intentionib⁹ applicatis ꝓmis. Ꝓro respōsione difficultatis debes notare q logica scdm augustinū est vera sciētia: qua clausa/alie sciētie claudūtur. et qua apta/alie sciētie aperiuntur. cū qua quelibet ē sine qua nulla. Aliter diffinitur ē confōrmiter doctori logica est sciētia rationalis olim aliaꝝ sciētiaꝝ administratiua. cui⁹ obiectum est vna scda intētio ab actu intellect⁹ derelicta. Si q̄ras de illa scda intētiōe Utrum sit syllogismus vel modus sciēdi vel argumētatio/rūdet scot⁹ in sua logica q̄stione tertia q illa scda intētio ꝺz esse syllogismus nō quidē ꝓro materiali: q̄a tūc non esset nisi quid cōplexū sed solū ꝓro formali: dicant quid velint tartaretus ē gēorgius nōialis. Istis ꝓsuppositis rūdeo ad difficultatem q logica est de scdis intētionib⁹ applicatis ꝓmis: ē hoc ꝓz auctoritate auicene.

Tertia difficultas.

¶ Tertia difficultas que pōt oriri circa scdas intētiones est ista. Utrū scde intētiones possint ꝓdicari de ꝓmis in ꝓmo mō dicēdi per ē. Ꝓro declaratione hui⁹ difficultatis debes notare aliqua satis cōia/que sunt de mēte aristo. ꝓro posterioꝝ. Unde est notandū q quadruplex est ꝓdicatio. Ꝓma est quiditatiua ē formalis. sicuti est ꝓim⁹ mod⁹ dicēdi p se: et hec ꝓdicatio quatuor gradus includit. Ꝓrimus gradus est q̄ superius per se ꝓdicatur de suo p se inferiori

q̄druplex ē ꝓdicatio.

ꝓm⁹ grad⁹

Secundus gradus est q̄ differētia ꝓdicatur de diffinito

scds grad⁹.

Tertius gradus est q̄ tota ratio idest diffinitio ꝓdicat de suo ꝑstructo.

ttⁱ⁹ gradus

¶ Quart⁹ gradus est q̄ idē ꝓdicat de seipso. Exēplū ꝓmi. vt deus est ens. creatura est ens. homo est aial et sortes est hō. Exemplū scdi. homo est rationalis ē hoc capiēdo rōnale vt cōstituit tanq̄ pars formalis et nō capiēdo vt dicit aptitudinem rōcinādi. q̄a vt sic est ꝓpria passio nec facit ꝓdicationē quiditatiuā: q̄a est regula doctoris q nulla aptitudo pertinet ad ꝓmū modum dicendi per se: sed potius ad scdm. Exemplum tertij. homo est animal rationale. Exemplum quarti. vt homo est homo. Secunda ꝓdicatio est. quādo ꝓpria passio ꝓdicatur de suo subiecto: ē hec ꝓdicatio duos gradus includit. ¶ Ꝓrimus est quando adequata passio ꝓdicatur de suo ꝓprio subiecto. ¶ Secundus gradus est q̄ passio adequata superiori de perse inferiori ad subiectuꝫ

Exā tertij

Exā q̄rti.

Scda ꝓdicatio.

ꝓm⁹ grad⁹

scds grad⁹.

predicatur. Exemplum primi. homo est risibilis. asinus est rudibilis. et equus est inhibilis. Exemplum secundi. sortes est risibilis. et bruncilius est rudibilis. ¶ Tertius modus non est predicandi sed essendi. Unde breuiter hic modus (vt aliqui tradunt) habet esse solitarium et ab aliis precisum. sicut certum: sortes est per se vel solitarie. et pars continui ab alio separata per se esse dicit. alteri autē continuata perfectatē amittit. ¶ Quartus modus est qñ effectus formalis predicatur de sua causa formali. vel quando actus profluens a causa formali dicitur defectu formali mediante causa formali. vel quando effectus predicatur de suo immediato principio productiuo. ¶ Exemplū primi. vt homo albedine est albus. ¶ Exemplum secundi. vt album albedine disgregat. calidum calore calefacit. ¶ Exemplum tertij. intellectus intelligit. volūtas vult sorens floret. ¶ Similiter philosophus in loco prealegato. tres ponit modos per accidens. Quorum primus est quando accidens predicatur de subiecto. vt homo est albus. thomas non est grāmaticus. ¶ Secundus est qñ subiectum predicatur de accidente. vt album est lignum/ et dulce est lac. ¶ Tertius est quando accidens predicat de accidente. vt nigredo est color. ¶ Et si fingas tot modis dicitur vnum oppositorum quot modis dicitur et reliquum. Sed modus per se & modus per accidēs sunt opposita: ergo sicut sunt ḡttuor modi per se ita erunt quatuor modi per accidens. ¶ Dico q̄ argumētum nihil cōcludit. nam minor est falsa. Imaginatur enim q̄ modus per se & per accidēs sunt opposita: quod tamen falsissimū est: sed potius opposita dicuntur. ¶ Nota tamen diligēter pro declaratione illius propositionis: scilz tot modis dicitur vnum oppositorum. &c. q̄ non est simpliciter sic intelligenda: scilz quot tot sunt suppositā vnius oppositorum quot sunt suppositā alterius oppositorum. Profecto non oportet quot sunt toralba quot sunt nigra. nec oportet q̄ sint tot ceci q̄ videntes. Dic tu igitur breuiter q̄ propositio sic dz intelligi q̄ modis dicitur vnū oppositorum tot modis dicitur et reliquum. hoc est dictu quotquot significata principalia habet vnum oppositorum: tot etiaz significata principalia habet et alterum oppositorum: si alterius sēm omnē significationē alterum sibi opponat.

Erñi primi Erñi scōi.

Tertia ꝓdicatō vel melius tertij modi eēndi ḡrt⁹ mod⁹.

Erñi primi Erñi scōi.

Erñi tertij

Primus modus per accñs: Scōs

Tertius Euasio

Responsio

Nota diligenter.

¶ Sed aliquis posset querere in quo modo dicēdi per se sunt iste ꝓpositiones homo albus est homo albus. homo albus est homo: homo est homo albus ꝛc. ¶ Respondeo q̄ in nullo modo dicendi p se patet discurrendo p oēs: et ꝓmaiori euidentia pono tres regulas scoticas que habentur in ꝑmo sententiarū distinctione scōa: in materia de ꝓpositione p se nota: ⁊ in tertio sententiarū distinctione tertia. ¶ Prima regula est q̄ de ratōe in se falsa nihil vere et affirmatiue ꝑdicat nec ipsa de aliquo ꝑdicat Immo nec ipsa de seipa. ¶ Ista ēm non est vera homo est hō irrationalis: nec ista. homo irrationalis est asal: nec ista homo irrationalis est homo irrationalis. ¶ Scōa regula est: qō de illo qō est in se ens p accidens nichil p se ꝑdicatur: nec de aliquo ipm p se ꝑdicat: immo nec idem de seipo. Nam nulla istarū est p se: homo quantus est homo: fortes est homo quātus. homo quātus est homo quātus ¶ Tertia regula est q̄ de cōceptu p accidēs siue ꝛtingēte nichil necessario ꝑdicat nec ipo de aliquo nec idem de seipo. Exēplū. homo niger est homo: thomas est hō niger. homo niger est homo niger. Et sic de aliis similibus.

Nota tres rgulas ꝛt. sub.

Ꝑma regula.

Scōa regula.

Tertia regula.

Alia qō.

¶ Et si iterū querat in quo modo dicēdi p se sunt iste ꝓpositiones deus est intellectualis/ deus est spūs deus est. Ꝓ istis notabo aliqua: que sunt de mēte doctoꝝ subtilis in diuersis passib⁹ siue doctrine. Et ꝑmo noto q̄ in diuinis quatuor gña ꝑdicationū reperiunt. ¶ Ꝑmū gen⁹ est ꝑdicationū quiditatiuarū in quibus ꝓdicata dicunt id est ꝑdicāt de subiecto in ꝑmo mō dicēdi p se vt ꝓz in exemplis datis. Secundū genus est ꝑdicationū denotatiuarū et sunt ille in quib⁹ ꝓfectiōes attributales ꝑdicant de deo in cōcreto vt deus est volens: deus est intelligēs deus est sapiens: hec ēm attributa non ꝑdicant in quid de deo quare non dātur in ꝑmo mō dicēdi p se: ⁊ debes diligenter notare q̄ scōm doctoꝛē subtilē ꝑdicatiōes denotatiue q̄q̄ dicunt formales. Dīō breuiter. doctor subtilis q̄q̄ sumit formaliter ꝓ eo q̄ est quiditatiue q̄q̄ p eo q̄ est denotatiue. Et isto scōo mō omne adiectiuū. omne verbū. et omne participiū. ꝑdicat formaliter de eo de quo ꝑdicat: Similiter inferius de suo suꝑioꝛi. ¶ Tertiū genus est ꝑdicationū idempticarū ⁊ tales ꝑdicationes ꝓpie loquēdo dūtaxat reperiunt in diuinis. Dīō ꝑdicatio identica est illa vbi ab-

Nota in diuinis quatuor ꝑdicationū gña: ad longuz.

Tertiū genus.

Quid sit ꝓpie ꝑdicatio idemptica.

stractũ ꝓdicaꝫ de abstracto vltiata abstractiõe abstracto vt essentia diuina est bonitas/bonitas ẽ sapia/sapientia est vitas. ꝫ sic de alijs. Ratio autẽ veritatis hꝫ ꝓpõnũ est: ꝙa vtrũq; extremoꝝ est formaliter infinitũ. Vñ nota regulã doctoris. quotiens cunq; aliqua ꝓdicata verificãt in abstracto de aliquo subiecto ꝓpter infinitatẽ/vtriusq; extremi/vel saltẽ vniꝰ. talis ꝓfecto ꝓdicatio nũcupatur idẽptica. Exẽpluz ꝑmi. vt sapiẽtia est bonitas/hec nõ est formalis/cũ nulluz extremoꝝ includat aliud in ꝑmo mõ dicẽdi ꝑ se. Nec est denoiatiua cuz sit cõtra rõnem abstracti denoiatiue/sed hz moduz ꝑ se stãtis. ergo necesse est ꝙ sit idẽptica. Exẽpluz scõi paꝛnitas est essentia vl deitas est paꝛnitas: iste sunt idẽptice: qz paꝛnitas nõ est formaliter infinita: sed realiter et idẽptice. Ꝓpõ hec nõ dz ꝙcedi in via scoti paꝛnitas est filiatio nec ecõtra: qz nullũ extremoꝝ est formale infinitũ. Et ideo in creaturꝭ nõ repitur ꝓdicatio idẽptica sine predicatiõe formali: ꝙa tbi neutrũ extremoꝝ est formale infinitũ. Quartũ genꝰ ꝓdicationũ qõ ꝑ statu isto repio/est genꝰ ꝓdicationuz eẽntialiũ. ꝓdicationes autẽ essentiales sunt ille in ꝙbus exꝑresse exꝑssi mile idẽptitas eẽntialis ꝓdicati cũ subiecto. Exẽplũ. pat est illõ qõ est filius/ꝫ filiꝰ est illõ qõ est pt. nec dz fingere. ergo filiꝰ est pt/et pt est filius. Vñ(si plz)notabis vnã regulã. Mũcũq; ꝑmisse sunt eẽntiales: nunq; põt inferri cõclusio formalis. Similiter nunq; ex premissis idẽpticis põt inferri cõclusio formalis. Nõ valet ꝓfecto: pt est eẽntia diuina. filiꝰ est essentia diuina: ergo pt est filiꝰ. qz ꝑmisse sunt idẽptice. cõclusio autẽ formalis ꝫ ideo argumẽtum nõ valet. Ꝓsset etiã assignari alia ratio: ꝙa premisse nõ regulant ꝑ dici de oĩi: hz ista est satis puerilis/ꝫ apõ quẽcunq; cõis. Istis ꝓsuppositis ꝫ ordinẽ declaratꝭ. eñdeo ad difficultatẽ superiꝰ tactã. s. ꝙ nulla scõa intẽtio ꝓdicat de ꝓma in ꝑmo mõ dicẽdi ꝑ se/nec etiã in scõo. Vñ iste nõ sunt ꝑ se/hõ est species/aial ẽ genꝰ/thomas ẽ individuũ. ptz. qz quotiẽscunq; accñs/siue sit intẽtionale/siue reale predicat de aliquo subiecto: tunc talis predicatio dz esse accñtalis. vt ptz ex exẽplis datꝭ. Et si instet de ista ꝓpõne hõ est risibilis Accñs predicat de subiecto: ꝫ tamẽ non est accñtalis. qõ ꝓbo. qz ista ꝓpõ est in scõo mõ dicendi ꝑ se. Rñdeo ꝙ talis ꝓpõ dz ee accñtalis/et hoc capiẽdo accñs

Regula doctoris sub.

Exñ primi

Exñ scõi.

Ꝓpõ.

qrtũ genꝰ.

Rla logicalis notãda.

Euasio.

Rñsio.

qd sit accñs extraneū.

pro extraneo. Unde voco accñs extraneū qđ non includit aliđ in ꝑmo mō dicēdi y se sicut risibilitas ꝛ oē inferi⁹ est accñs suo supiori: et y hoc oēs iste erūt accñtales: aial est hō: hō est thomas. ꝛ hoc semp capiēdo accñs: vt dixi. Alr pōt dici q̄ dupler est accñs. qđdā est ꝓpriū. ꝛ ē illđ qđ pullulat et emanat siue scaturit ex ꝓpriis pricipiis alicuius subiecti. ꝛ sic ꝓcedim⁹ hāc ꝓpōnē hō ē risibil ē accñtalē. Scđo mō capit accñs ꝓ illo q̄ ꝓficit illud in quo est: nec necessario ꝓsequitur ipm: ꝛ ineſt ei cōtingēter. et sic sumit a porphirio in vniuersalib⁹ cū dicit Accñs est qđ adest et abest. ꝛ sic negam⁹ ꝓpōnē ꝑdictā ē accñtalē. Sūt multe alie dificultates circa istas scđas intētiones q̄ possēt hic moueri ꝛ adduci. (Utrū scđe intētiones sint vl fuerit ab eterno Utrū etiā habeāt esse vniuersale vel ꝓticulare. Et vtrū cessantib⁹ actib⁹ intellect⁹ possint eē. Utrū etiā sit ꝓcēdū in infinitū in istis scđis intētiōib⁹/ sic q̄ vna possit fundari sup aliā: ꝛ alia sup aliā. Sz causa brevitatis eas omitto. de hoc forte alias latius. quare. ꝛc.

¶ Finis primi tractatus.

¶ Hugoni mellier parisiensi inueni peritissimo ac prudentissimo. necnon impressori solertissimo. Frater Peregrinus ptalus de lugo/minoritani ordis. Salutē ꝛ cōmēdationē.

Epistola.

Quarto kalēdas februarii (dum tholosam pergerem mi charissime) tuas legi ītas dissertissimas: amore ꝛ benivolētia accumulatissimas. Quibus ꝓcepi. quātum me dilexisti/diligis et diliges. vix (vt scribis) posset dici. sane hoc minime putabā: q̄ mea in dies benivolētia apū te cumulatior esset. Nullo eni effectisti tē pore/vt vilus sim a te amari: nisi hodierno die. Ego tibi immortales refero grās. et horto⁹ ne minoris amicitiā meam facias q̄ ego tuā. iterūq̄ horto⁹ que aūt de tuo amore ad me scribis: plurima sunt ꝛ iam antiqua. nec permittā amicitiā nostrā esse ociosam et egere telibus. Si quid accidat in quo vel tua mihi possit opa ꝑdesse/vel ego tibi mea. Mando tibi hos breues codices/impressionī exhibēdos/et a te corrigēdos. Non te (cū sis prudētissimus) in multis suadeo. Facies (vt arbitror) dia ꝓ tua sapiētia/que ad honorem meū spectabunt. Male. Et ꝓcor si aliqñ per ocium: licet saltem tua manu ad me sepe scribas. Ne inter nos ꝑbari videatur qđ nostra in patria vulgatū est. remot⁹ ab oculis: a cor de remotus. Totiens eni tecū esse video⁹. quotiens tuas ītas lego. Iterum vale. nec minus (vt incepisti) me diligas/et charissimum habeas: quelo.

¶ Scõs tractat⁹ Naturas cões amplectitur.

¶ Incipit secundus Tractatus.

Tanc operepꝛecium est circa naturas cões aliq̃liter immoꝛari: de q̃b⁹ duo modi dicẽdi cõtrarij fundati in diuersis modis vniuersalia ponẽdi nascunt̃ oꝛiũtur. Pꝛo pꝛimo igit̃ expeditione alique p oꝛdinẽ ponunt ppositiones. Pꝛima ppõ. ois res est singularis: et nulla est talis que sit cõis in pluribus existẽs: saltẽ que sic creata. Scõa ppõ. oẽ vniuersale est termin⁹ cõis. ꝓbat. nã q̃cq̃d pꝛedicatur de pluribus est terminus cõis: sed vniuersale ꝑdicat de plurib⁹. ergo vle est termin⁹ cõis. Tertia ppõ quẽadmodũ triplex est termin⁹ cõis vt mẽtalis/ vocalis et script⁹. ita etiã triplex est vle/ mẽtale/ vocale ẽ scriptũ. Quarta ppõ. aliq̃d õꝛ vle dupl̃r. vno enim mõ in essendo sic videlz q̃ realiter existat in plurib⁹. et sic nullũ est tale saltẽ creatũ. Alio enim mõ in significãdo nõ q̃dẽ q̃ signifi-cet aliq̃d cõe vel naturã cõem: sed plura imediate singularia significat. datur exemplũ de isto termino hõ q̃ imediate ẽ pꝛincipal̃r oẽs hoies mũdi significat vt sozt̃ ẽ platonẽ. non tñ significat aliq̃d cõe multz. Et hoc mõ noiales vlia ponũt. nõ autẽ aliter. Et pꝛo hac opinione adducuntur alique aristotelis auctoꝛitates. Pꝛima est ex vi. metha. vbi ex intẽtione tractãs cõclusionẽ hanc dicit q̃ nullũ est vle q̃ sit substãtia: et q̃ impossibile est substantiam esse q̃cũq̃ vniuersaliter dictoꝛ. Item scõo metha. dicit impossibile est vniuersaliũ noim substantiã esse: dicit etiã. viij. metha. vle/ nec est substãtia nec geu⁹ nec accidens. Item in ꝓhemio de aia. vniuersale nichil est aut posterius suis singulari. Adducuntur etiã alique rõnes. Pꝛima si est aliq̃d vle existens in singularibus distinctũ ab eis: tũc seq̃ret q̃ posset eẽ sine eis. nã ois res nat̃ alia ꝓꝛ: põt per diuinã potentiã esse sine alia: sed ꝫ̃ns est absurdũ. ergo nõ est aliq̃ res vlis. Item si illa opinio esset vera. seq̃retur q̃ de⁹ nõ posset vnũ indiuiduũ anichilare nisi oia indiuidua destrueret. nã si anihilaret vnũ indiuiduũ destrueret totuz q̃ est de essentia illius indiuidui: et p ꝫ̃ns destrueret vniuersale quod est in eo/ et in aliis: ẽ sic alia indiuidua nõ manerent cũ non possint manere sine substantia coꝛ: hoc autẽ est absurdũ. Item seq̃retur q̃ aliq̃d de essentia chꝛisti esset dampnatum ẽ saluatum.

Pꝛia ppõ principalis Scõa.

Tertia

Quarta.

Pꝛia auctoritas Arist.

scõa aucto.

tertia auct. q̃rta aucto.

Pꝛima rõ.

Scõa rõ.

Tertia rõ.

Nam illa natura existens in xpo est realiter idem illi nature existenti in dampnato/puta in iuda. et sic idem esset dāpnatum et saluatū qđ nullus sane mentis hoc diceret/ & multas alias rōnes faciūt: quas b;euitatis cā omitto.

Cōtra opinionē noīa liū: arguūt scotiste.

Sed contra modum ponēdi arguunt scotiste auct;oritatibus & rationibus. P;imo auct;oritate aristotelis in p̄mo periarmenias dicētis q̄ res vniuersalis est que nata est esse in pluribus. dicit etiā ibidem q̄ vniuersale est/qđ est natum esse in pluribus. Similiter in antep;edicamētis Aristoteles ait q̄ scđe substantie dicuntur de subiecto & in subiecto nullomō sunt que tū essent in subiecto. Si vniuersalia non essent nisi termini: quia ipse scđe substantie sunt vniuersalia. Item p;imo phisico;ū illud q̄ vere est: vt homo diuiditur in aliquod q̄ vere est/vt in animal et bipes. Sed non diuidit in aliquod aīal singulare. igitur op;tet ponere aliqđ cōmune reale.

Sic rōnib⁹ arguunt.

Rōnibus arguūt sic p;obando q̄ in re ponēda sit natura vel res que de sui natura non est hec: et si sit hec hoc est per aliqđ contrahens. arguitur sic secluso oīi actu. intellectus plus ;ueniunt sō;tes et plato q̄ sō;tes et b;uncellus. Sed illō in quo conueniunt non est vnū numero & singulare: q; in nullo singulari cōueniunt. nec est terminus: q; circunscripto oīi termino adhuc sō;tes & plato cōueniūt. ergo. Itē secūdū philoso;phū. viij. phisi. in specie athoma. per differentias fo;males fit cōparatio: & non in genere: quia genus non habet talem vnitatē: ergo species habebit aliā vnitatem q̄ genus. et sic iam non erunt singularia: & talis vnitas speciei non est vnitas numeralis: quia in illa non fit cōparatio. ergo. Item animal diuiditur per rationale et irrationale: sed non est aliquod animal singulare quod sic diuidatur. ergo &c. Et multe alie rationes possent hic adduci: sed quia opinio est vera & euidens. ideo eas relinquo.

Opio ꝓba/ et vera.

Relicta igitur p;ima opinione tanq̄ falsa: & non de mente Aristotellis ponitur opinio scoti/tam in secundo sententiarum q̄ in septimo methaphi. que quidē opinio etiam consistit in aliquibus p;opositionibus.

P;ia ꝓpositio ꝑncipal

¶ P;ima ꝓpositio. nō omnis res de se et sui natura est singularis. Sed est aliqua res vniuersalis p;eter animam ab omnibus singularibus ex natura rei/siue fo;maliter distincta. et in pluribus singularibus realiter existens.

¶ Scda ppositio termin⁹ cõis vniuocus non est impositus: ꝓmo & ꝓncipaliꝫ ad significandum res singulares. Sed de ꝓmario significato aliqd cõe pluribus suppositꝫ cõicabile. Vꝫ intelligi de isto termino homo qui ꝓmo et ꝓncipaliter significat hũanitatẽ. ¶ Secundario autẽ et minus ꝓncipaliter significat oẽs hoies. vt stephanuz et arnaldũ & sic de alijs. qõ sic faciliter põt ꝓbari auctoritate cõmentatorꝫ nõia non imponunt nisi noto. Et doctius dicit q res quas vidit noia iposuit sed qui imposuit hoc nomẽ homo ad significandũ non vidit petrũ nec thomã: ergo non imposuit hoc nomen homo ad ꝓmo significandũ singulares hoies sed aliqo ipis cõe. Itẽ Aristoteles in ꝑdicamentis erꝫ esse habet: q scda substantia .s. hõ significat aliquid & non hoc aliquid. sed quale quid. modo quale quid est pluribus cõicabile ergo hoc nomen homo cũ sit nomẽ scde substantie significat cõe multis. ¶ Tertia ppositio vniuersale in actu .i. quod actu denotat vniuersale est ꝛceptus obiectiualis seu obiectũ cognitũ hãs vnitatẽ indifferentẽ seu indeterminationẽ indeterminatiõi cõtrarie: scõm quã ipm idem est in potentia ppinqua vt dicat de quolibet supposito. ¶ Quarta ppositio ad hoc qõ aliquid dicat actu vniuersale opoꝛtet q sit vnũ in multis & de multis non actu: sed impotentia ppinqua sic q sibi non repugnet dici de pluribus et esse in pluribus. ¶ Quinta ppositio licet alicui existenti in re non repugnat esse in alia re ab illa in qua est illud tamen non põt dici de quolibꝫ eius inferiori ꝓdicatiõe dicente hoc est hoc. ¶ Sexta ppositio illud qõ dicit sic de multis ꝑdicatiõe dicente hoc est hoc seu quod dicit vniuersale actu est vnũ obiectũ numero seu hꝫ vnitatẽ numeralẽ obiecti q vnica intellectiõe cognoscit & scõm illam indifferentiam seu indeterminationẽ cõtrariã dicit esse in potentia ppinqua seu ꝑdicabile de quolibꝫ singulari ꝑdicatione dicente hoc est hoc. ¶ Septima ppositio nichil dicit esse in potentia ppinqua vt dicat de multis ꝑdicatione dicẽte hoc est hoc: scõm vnitatẽ ꝑticularem quã habet in re. ¶ Octaua ꝓpositio licet in re sit aliquod commune quod non est de se hoc et cui non repugnat esse non hoc tale tamen nõ est vniuersale in actu quia deficit sibi illa indifferẽtia seu indeterminatio ꝛtraria secundũ quã ipm idẽ vniuersale

Scda ppositio ꝓncipalis.

Tertia ꝓpositio ꝓncipalis.

Quarta ꝓpositio ꝓncipalis.

Quita ꝓpositio ꝓncipalis.

Serta ꝓpositio ꝓncipalis.

Septia ꝓpositio ꝓncipalis.

Octaua ꝓpositio ꝓncipalis.

predicabile est de pluribus aliqua idemptifica predicatione dicente hoc est hoc que proprie debet fieri in recto.

co. relatiū. Existis ypothesibus que sunt de mente doctoris: clare patet qualiter est ponēda natura cōis in rerū natura etiam circūscripto oīni actu intellectus et multiplicata in pluribus suppositis que quidē natura est per se significatum termini cōis. Patet etiā ex dictis q̄ non sunt ponenda vniuersalia in rerū natura. quantū ad eoꝝ esse cōplectū vniuersalitatis (sicut multi rudes arbitrant) q̄ nullū tale ponitur actu preter intellectū. Et si quis querat quid intelligis q̄ naturas cōes.

Questio. Respōdeo q̄ nichil aliud intelligo nisi naturas realiter existentes in suis singularibꝰ ab ipsis ex natura rei siue formaliter distinctas quibus quantū est de se siue de earū natura non repugnat esse in pluribus sicut est humanitas vlsitas et asinitas q̄ sūt vere substantie materiales.

Dissolutio Nam humanitas de se ꝛ sui natura non est hec et singularꝭ. Ego probo: q̄ impossibile est intellectū intelligere rem vere sub ratione opposita sibi et contradictoria. Sed si substantia materialis puta humanitas ꝛ quelibet talis natura esset essentialiter de se hec et singularis/ tunc intellectus intelligens eam sub ratiōe vniuersalitatꝭ itelligeret eam sub ratione opposita sibi quia vniuersalitas opponitur singularitati. Et per hoc patet falsitas illoꝝ dicentiū naturā de se esse singularem. Imaginant enī(ꝛ male) q̄ natura non sit p̄ꝰ singularitate et postea q̄ eueniant sibi ēē singularitates. Unde nota ibi q̄ ista quattuor se habent per ordinem natura singularitas persona et operatio et hoc scōm Scotū in tertio sententiarū. Nam natura singularis nunq̄ esset singularis. nisi precesserit natura et nunq̄ natura esset ypostata nisi prius fuisset singularis. similiter nunq̄ ipsa natura operet nisi ꝑius fuisset ypostata: q̄ operatio est suppositi scōm philm precedit igitur in aliquo instanti nature natura ipam singularitatē ē singularitas ypostationem et ypostatio ipsam operationē. Et si quis arguat probando q̄ nulla sit res cōmunis sed quelibet res mundi sit singularis auctoritate boecij dicentis oīne quod est ideo est quia vnum numero est. Dicit etiam Auicenna q̄ illud quod est separatum ab intellectu est singulare.

Ad hec respondeo q̄ hy omne potest intelligi dupliciter.

nota q̄ hec sūt quattuor hūt aliqualē ordinem

Alia qō.

Dissolutio

Alio enim modo vt distribuit p̃ singulis generum. et sic p̃positio illa est vera. Alio modo potest intelligi vt distribuit p̃ generibus singulorum et sic p̃positio est falsa. Singulum enim suppositum alicuius communis est aliqua entitas singularis. Cõmunia aũt nõ sunt singularia. Aliter dicitur secundum doctrinam scoti. Vnde aliquid dicitur esse vnum numero tripliciter vno eñ modo per se p̃mo vt sunt differentie individuales. Alio modo per se sed non p̃mo vt individua. Alio modo denominative ꝙ per accidẽs sicut sunt tales nature communes seu significata formalia p̃timaria terminorũ cõmuniũ. Nam quilibet terminus cõmunis in creaturis de significato p̃timario significat aliquid quod de se nõ est hoc sed solũ denominative ꝙ per accidẽs. Etsi quis quetat vtrũ significatũ p̃timariũ termini cõmunis sit commune per realem existentiã Dico ꝙ non ponimus naturas cõmunes per realez existentiam sic ꝙ realiter existant in pluribus (sicut multi rudes arbitrantur) sed dumtaxat per indifferentiã quia quantũ est de se et de earum natura non repugnat determinari per quãcũq; differentiam individualem etiã aliam ab illa a qua determinatur: et isto modo humanitas dicitur esse cõmunis quia quantũ est de se sibi non repugnat determinari per plures differentias individuales. Nec valet fingere ergo deus poterit facere ꝙ natura mea determinetur per aliam differentiã individualem ab illa a qua determinatur: quia dato ꝙ nature mee non repugnat sibi secundum quid. repugnat tamen sibi simpliciter. puta et parte differente individualis identificate sibi realiter per quam determinatur.

¶ P̃positio tot sunt humanitates quot sunt suppositа ꝙ quodlibet suppositum habet suam p̃priam naturam quo corrupto corrũpitur eius humanitas que remanet in alio supposito eiusdem rationis. Et licet sint tot humanitates quot suppositа tamen est tantum vna species hominis abstracta per intellectum a sua ratione formali et ab omni existentia et sub ista ꝓtia similiter ab hic et nunc id est a loco et duratione que insequuntur individua existentia. Hanc p̃positionez aliqui scotistarũ volunt destruere sed in rei veritate nõ debent nec possunt ꝙ satis p̃fecto de talib⁹ miror quare scotiste nominant ꝙ non sunt

Alia ꝛsio.

Bizarditꝛa nouales et thomistas.

Euasio.

Dissolutio

Dispõ ad me notãda

Alia qō inquisitiua.

Et ſi quis querat vtrū illa ſpecies hois ſit ſubſtantia vel accūs: dico q̄ eſt vera ſubſtātia: qa illa ſpecies nō eſt niſi quiditas ſiue natura hois āliter ꝯſiderata quā ſit in ſuis ſingularib⁹. Et ſi obijciat illud qō ſit ab intellectu eſt accūs illa ſpecies ſit ab intellectu. ergo erit accūs. ¶ Dico q̄ argumentū nititur falſe imaginationi. Imaginat enī q̄ intellect⁹ ꝓducat illā ſpeciē q̄ tā falſiſſimū eſt. ſed ſolū intellectus eā cōſiderat aliter q̄ ſit in ſuis ſingularib⁹: ꝙ abſtrahit a loco ꝯ duratiōe. ꝛc. ¶ Eriſtis oib⁹ ptz q̄ ymaginatio aliquoꝝ dicētiū idez eſſe in iferno ꝯ paradiſo eſt truſatica. Et ſi iterꝝ queraſ vtrū illa natura que de ſe nō eſt hec ſed q̄ aliqō cōtrahens eſt hec. ſit vna aliqua vnitate reali. minoꝛe vnitate numerali. ¶ Pro ſolutiōe huiꝰ

Queſtio.

Soluti⁹.

ꝓ:ia ꝓpō.

difficultatis. ¶ Pono aliquas ꝓpōnes. Pꝛima ꝓpoſitio quicqd cōuenit alicui ſcōm ſe: aut in vltima hcīone conuenit ei in pꝛimo modo dicēdi per ſe. hoc ptz q̄ auicenā dicētem q̄ eq̄itas eſt tā equinitas ꝯ nichil aliud. ¶ Scōa ꝓpoſitio vnitas eſt ꝓpꝛia paſſio entis. iō ꝗlibet entitatē ſequitur ſua ꝓpꝛia vnitas. ¶ Tertia ꝓpoſitio in quolibꝫ ſingulari ſunt due vnitates de eo q̄ denoiationē extrinſecā pꝛedicabiles. ¶ Pꝛima vnitas vocaſ ſibi ꝓpꝛia quam hꝫ ab indiuiduo entis in ipō repto iō vniuerſale eſt vnā tali vnitate. ¶ Scōa vnitas vocaſ vnitas indiuidualis quā hꝫ a ꝓpa differētia indiuiduali. ¶ Eriſtis ꝓpōnib⁹ elicitur vna diſtinctio ꝯ tria dicta.

Scōa vnitas

Nota vnaꝫ diſtinctionez ꝯ tria dicta.

Natura vniuerſalē eſſe vnā pōt intelligi tripliciter. Uno mō quiditatiue ꝯ eſſentialiter: ita q̄ vnitas de ea ꝓdicetur in ꝓmo mō dicēdi per ſe: ꝯ ſic natura nec ē vna neq̄ plures nec vniuerſalis neq̄ particularis. Alio modo pōt itelligi q̄ natura ſit vna denoiatiue et ꝙ accūs: et ſic natura poteſt dici vna/et ꝙ hoc inferūtur tria dicta. ¶ Pꝛimū dictū quacūq̄ operatione intellectus ſeclusa. natura vniuerſalis hꝫ vnā vnitatem cōſequentē ſuā ꝓpꝛiā entitatem que vocatur vnitas ſibi ꝓpꝛia: que ꝓpꝛie nō dꝫ dici vnitas generica. nec ſpecifica nec numeralis. nō quidē generica nec etiā ſpecifica: quia illas hꝫ ab intellectu: nō nūeralis/ q̄ talis vnitas eſt minꝰ vnitate numerali. ſcōm dictū. natura vniuerſalis eſt vna per denoiationē intrinſecā ab vnitate ꝓpꝛia ſui ſuppoſiti. tertiū dictū. ꝗditas vniuerſalis hꝫ vnitatē realem ſtilꝫ vnitatē minꝰē ſui ſuppoſiti. et hoc q̄ denoiationem

pꝛia vnitas

ꝑmū dictū.

ſcōm dictū.

tertiū dictū

intrinsecã. Et istis omnibus ꝑt directe respondeti ad dictã difficultatẽ q̃ q̃ditas vniuersalis secluſa quacũq; opatione intellectus est vna quadã vnitate reali q̃ est minor vnitate numerali minor q̃dem intensiue sed maior extensiue et talis est sibi ꝓpria. Et si iterũ queratur vtruz talis quiditas cõis sit vniuersalis secluſa opatione intellectꝰ ꝓ isto difficultate noto vnã distinctionez et vnã ꝓpositionẽ. distinctio est talis aliquid dicit vniuersale dupliciter vno eñ modo in potẽtia z sic oñe illud quod est aptũ natũ esse in multis dicit vniuersale. Alio modo aliq̃ dicit vniuersale in actu z ad ipsum requiruntur due relatiões ¶ Prima est aptitudo ad esse in multis que ꝓprie vocat cõicabilitas. ¶ Scõa est relatio dicibilitatis a qua vniuersale formaliter dicit de multis vniuersale eñ est vnũ in multis z de multz z per hoc ponit talis ꝓpositio. secluſa quacũq; opatione intellectus quiditas cõis habet primã habitudinẽ que est cõicabilitas multis Quacũq; eñ opatione intellectus secluſa. ista quiditas .ſ. humanitas est multis cõicabilis. Sed quiditas cõmunis non habet relationẽ dicibilitatis a se sed eam habet ab intellectu cõsiderante illam quiditatẽ per modũ vnius obiecti intrinseci considerante etiã illud obiectũ intelligit esse cõmunicabile multis quibus attribuit ipsum obiectum esse intellectũ z statim in ipsa quiditate sic intellecta fundatur vna relatio dicibilitatz a qua relatione quiditas vniuersalis dicit formaliter et in actu vniuersalis: ob hanc quidam causam dicebat cõmentator q̃ intellectus facit vniuersalitatẽ in rebus. ¶ Quod autẽ extra intellectum sit dare aliquã vnitatem minorẽ q̃ sit vnitas numeralis ꝓbatur medio doc. sub. elegantissimo. Nam si ois vnitas realis esset numeralis. tunc ois diuersitas realis esset numeralis. zsequẽs est falsum ergo et añs: ꝓbatio zsequentie q̃ vnum et multa idem et diuersum sunt opposita r. metha. Et quotiẽs dicit vnũ oppositorũ totiens dicitur et reliquũ primo topicorũ ergo cuilibet vnitati correspõdet ꝓpria diuersitas. sua falsitas zsequentis ꝓbatur. Nã omnis diuersitas numeralis inq̃tuz numeralis est equalis z sic tñ differt sortes a platone q̃tũ a brunello. Tũ q̃ sequeret ex hoc q̃ intellectus non posset abstrahere a sorte et a platone aliquod cõe magis q̃ a sorte et a brunello.

Alia qõ. 3 Dissolutio

Prima relatio. Scõa relatõ

Probatio q̃ extra itellectũ sit dare aliquã vnitatẽ minorẽ q̃ sit vnitas numeralis.

falsitas frā cisci de mar chia.

Et per istā pbationē ptz falsitas frācisci de marchia dicē tis nō fuisse de mente scoti ponere aliquā vnitatē positiuā ex natura rei minorē vnitate nūerali: sed dūtaxat pziuatiuā. Et multis rōnib⁹ hoc pbat: quas breuitatis causa relinquo: qz nō oēs dūt ppositu. Et si iterꝝ querat cuⁱ⁹ rei causa reales ideſt scotiste. Ponunt hmōi ḋditates coēs. cū nō sūt necesse. nō eni ponēda est pluralitas sine necessitate. pzio phisi: ozꝝ. Rūdeo pzta nolales ꝫ thōistas hmōi quiditates totaliter negantes q̄ q̄ntuplex est necessitas.

Alia q̄stio.

Dissolutio valde notā da.

Pzima necessitas ponēdi ḋditates cōes.

Pzima est ppter p̄dicationē. nam hec p̄dicatio est vera ꝫ essētialis thomas est hō ꝫ arnaldⁱ est hō. Et hoc fuit necessitas ponēdi in natura humanā pcisaz in sua quiditate et rōne fozmali a ꝫditiōib⁹ indiuiduātibus.

Scda necessitas.

Scda necessitas est ppter rez diffinitionē: qz eni hō vnifozmiter diffinitur in potētia ꝫ actu: ꝫ q̄ ꝫñs diffinitiones sunt ip̄mutabiles et incozruptibiliuz sicut dicit phūs. j. poste. necesse fuit ponere aliqua ppzia diffinibilia. s. naturas cōes impermutabiles et fozmaliter pcise ab actu.

Tertia necessitas.

Tertia necessitas est ppter demōstrationē: nā demōstratio est incozruptibiliū ꝫ infallibiliū.

Quarta necessitas.

Quarta necessitas est ppter p̄dicatoꝝ coozdinationē ꝫ terminoꝝ distinctionē. Nā coozdinatiōes p̄dicamētales sūt necessarie ꝫ incōmutabiles ꝫ ipse sūt q̄ ḋditates et dīas ḋditatiuas eaz. Et isto mō posuit auicena ḋditates sepatas in. v. metha. cap. j. qū dixit eqnitas est tm eqnitas ꝫ nichil aliū Et nota (vt habui a hieronymo italo bagnacauallo viro ḋdez p̄stātissimo: cuius aīa in pace requescat) q̄ p istā separationē nō debem⁹ intelligere aliquā separationē localē vel aliquē respectum distātie aducniētem: sed pcise debem⁹ intelligere sepationē ideſt nō inclusionē in sua rōne fozmali. vt ḋditas vniuersalis in suo intellectu abstrahit p̄mo ab hecceitate q̄ ponit p̄petas indiuidualis. Scdo abstrahit ab hic et nūc hoc ē dictu a loco ꝫ duratiōe: qz talia sequūt indiuidua exīstia. Tertio abstrahit ab exīstia et actualitate: q̄ actualr aliqd exīstit: qz actus ꝫ potētia exīstere ꝫ nō exīstere nō diuersificāt essentiā. Quarto abstrahit a subsistētia.

Questio.

Hi q̄ras an abstrahāt a realitate.

Solutio.

Dico q̄ si reale capiat q̄ eo cui non repugnat exīstere ī rez natura: sic ḋditates nō abstrahūt a realitate.

Alia qō. Solutio.

Hi q̄ras scdo an ḋditates sic abstracte ꝫ pcise sint in rez natura vel in aīa. Dico q̄ sūt obiectiue in aīa:

q̃ accidit eis q̃ intelligant. Sũt etiã res natura q̃ accñs q̃ accidit eis q̃ actualiter existãt. Si q̃ras tertio quomõ talia possunt esse in pluribus. Dico q̃ hoc accidit per ꝓ ꝓprietates indiuiduales: quibus per accñs cõiunguntur. Si queras quarto vtrũ hoc sit circũscripta oi operatione intellect⁹ vel solũ s. ꝺz cõsiderationẽ intellectus. Dico q̃ hoc est circũscripta oi opatione intellect⁹. ꝓpositio accidit hoi inq̃tũ hõ q̃ sit in cõsideratione ñra alioquin q̃ nõ intelligeret corrũperetur. Quinta necessitas est. quia potentie actiue agẽtis semper corrñdet aliqua potentia ex parte rei ꝓducibilis. Illa autem potentia ꝓducibilis fundatur necessario in aliquo positiuo. Illud autem non erit nisi aliquod esse quiditatiuum. ergo ꝓpositum. ꝓbatur etiã q̃ in oi transitu de cõtradictorio in cõtradictoriũ opꝛ necessario dare aliq̃ q̃ sit cõ vtriq; termio q̃ transeat de nõ esse ad esse vel ecõuerso. Illud autẽ q̃ fic trãsit virtute agẽtis nõ põt esse termin⁹ a quo nec termin⁹ ad quẽ q̃ vnũ oppositũ nõ sit reliquũ sicut albũ nõ sit nigrũ: ergo opꝛ semp dare aliq̃ abstractũ q̃ trãseat a termino a quo ad terminũ ad quẽ. Iste cui fuit mod⁹ phlõꝛ in oi trãsmutatione de non esse ad esse necessario quereret materiã ꝓximã ex pteriit eos ex nichilo aliq̃d fieri. Cõcludamus igit necessitatẽ ponẽdi tales quiditates siue naturas cões saltem inesse quiditatiuo nec tñ est necesse ponere oẽs quiditates iesse quiditatiuo: sed dũtaxat illas q̃ naturesunt necessarie ex vtiles. Et fertur ab aliquib⁹ nostris q̃ illud est q̃ditas entis: sed quicquid sit illud nõ curo dũmodo habeã ꝓpositũ cõtra illas negãtes. Si quereret vtrũ quiditates in singularib⁹ existẽtes ad singulariũ corruptionẽ totaliter anthilentur vel non. Rñdeo q̃ omno sunt incorruptibiles ex necessarie cũ sint scibiles ex diffinibiles: nec desinũt esse ens: nec habere ꝑdicata ꝓpria si separetur ab entibus: nec põt totalr separare ab entia: q̃ dato q̃ desinant esse in isto indiuiduo actualr existẽte: (sicut diximus supra) adhuc remanent in alio eiusdez rationis cum illo. Semp enim manet aliquod indiuiduum cuiuslibz speciei in quo remanet tota natura speciei: qa nõ põt semp manere in vno indiuiduo. Et si q̃rat/ dato casu possibili q̃ ola indiuidua speciei humane essent corrupta nichd quiditas hois puta humanitas esset omnino nihil.

Alia qõ. Solutio.

Alia qõ. Solutio.

ꝓpõ

Quinta necessitas ꝓbat q̃ est necessitas ponere tales q̃ditates in eẽ q̃ditatio

Solutõ harum necessitatum.

alia difficultas. Solutõ difficultatis.

Alia qõ.

Solutio. Respõdeo nõ amittẽdo casum: qa ipossibile est scõm aristotelem vnã speciem totaliter destrui ꝫ anichillari. Sed nõne deus hoc poterit facere. qꝛ est omps. Dissolutio huius questiõis est valde difficilis: ꝫ ideo nõ ad me attinet.

Nota vnaꝫ distictionẽ. ¶ Er istis oibus nota talem distinctionem. nature coẽs possũt cõsiderari dupliciter. Uno modo vt sunt precise ꝫ abstracte in suis quiditatibus et rationibꝰ formalibꝰ a cõditionibus indiuiduãtibus siue ab actu. ꝫ sic dico q sunt impermutabiles qꝛ vt sic de ipsis fiunt demõstrationes ꝫ diffinitiones que sunt necessarie scõm philosophũ primo posteriorꝫ. Alio mõ pñt cõsiderari vt sunt in singularibꝰ ꝫ contracte per dkas indiuiduales: ꝫ sic dico q tales nature sunt pmutabiles et coꝛruptibiles in ipsis singularibus que tñ remanẽt in alijs eiusdẽ rationis: saltẽ in aliqbꝰ. Unde coꝛrupto sorte coꝛrupitur eiꝰ humanitas que erat idẽptificata realiter cũ ipso sorte ꝫ remanet in alis suppositis eiusdẽ speciei cũ illo. Et si quis querat vbi est illa humanitas que est precisa ab intellectu in sua quiditate ꝫ ratione formali. Dico q est obiective ꝫ q accñs in itellectu. qꝛ accidit sibi vt intelligat est tñ realiter in suppositis cõtracta per differentias indiuiduales. Nõ tñ dico q intellectus eã sic cõsiderat. Sed precidit ab hecceytate. ab hic et nũc. ab existentia et actualitate.

Questio. Solutio. ¶ Nõ ponimꝰ igitur ydeas esse essentias ppetuas ꝫ eternas: ab oibus suis singularibꝰ eẽ distictas (sicut forte q nõ credo plato posuit) Dicebat enĩ (vt fama est apud aristotelẽ scõo posteriorꝫ.) q ille essentie erãt vere res incoꝛruptibiles. etiaꝫ destructis oibus singularibꝰ quibus erat purũ accidẽtale existere in rerꝫ natura. Et per hoc aristotelis dictũ soluebãt qui dicit scięttas esse incoꝛruptibiliũ. Sed hec opinio est falsissima. qꝛ videtur negare creationẽ ꝫ creattionis possibilitatẽ. sicut in pꝛio sñiaꝫ ad longũ. doc. deduxit subti.

Opinio lyn conienſis. ¶ Ideo melioꝛ est lyncolẽsis cñtio: hanc difficultatem quomõ scꝫ vniuersalia sunt icoꝛruptibilia saluare volẽtꝫ Et dicit sic. Uniuersalia sunt pꝛincipia cognoscẽdi apud intellectũ purũ et a fantasmatibꝰ separatũ. Possibile est cõtemplari lucem pꝛimã que est causa pꝛima. et sunt pꝛincipia cognoscẽdi rerũ que sunt increate ab eterno erãtes in causa pꝛima. Quiditates enĩ rerꝫ creandarꝫ que fuerũt in pꝛima causa eternaliter. Sunt rationes rerũ creatarꝫ.

et cause formales ⁊ exemplares ⁊ he sunt quas plato ydeas vocauit et scõm ꝑm he sunt ꝑa genera ⁊ species ⁊ principia essendi ꝙ cognoscendi eo ꝙ cũ intellect⁹ purꝰ poteſt in hijs deficere intuitũ in ipſis verissime ⁊ purissime cognoscit res creatas scõm ipsam ꝑmã lucẽ ⁊ in qua cognoscunt cetera. Et planũ est ꝙ vniuersalia ista diuina sunt incorruptibilia et hoc est ꝙ dicit augustinus veritates infalibiles vident in rebus eternis ⁊c. Nolo hoc certamẽ ingredi q̃ essem nimis plirus videt doctor̃ in ꝓmo sententiarũ. Attende in hũc ꝙ iste quiditates sicut est humanitas lapideitas asineitas que sunt vere substãtie non distinguunt realiter a suis ꝓprijs differentijs eas ad singularitatẽ cõtrahentibus. Nam humanitas mea. ⁊ pegrineitas sunt vna ⁊ eadẽ res realiter. formaliter autẽ distinguunt. Cõtra hoc obicit sic. capio illã differentiã individualẽ. s. pegrineitatẽ ⁊ naturã quã cõtrahit. ⁊ quero an inter illa sit maior distinctio ꝙ inter duo id̃ individua aut minor non maior q̃ non differũt realiter: duo vero individua realiter differũt: nec minor. q̃ tunc essent eiusdẽ rationis ⁊ ꝙ sequẽs si vnũ est de se vnum numero ita ⁊ reliquũ. Item q̃cũq; aliqua duo sic se habent ꝙ vnus vere affirmatur de vno ⁊ illud idem vere negat de alio illa distinguunt realiter. Sed sic est ꝙ aliquid vere affirmatur de natura cõmuni ⁊ illud idem negatur de differentia individuali ergo illa distinguunt realiter. Nam de natura cõmuni affirmat cõicabile et illud idem negatur de differẽtia individuali ergo Ad ꝓmũ istor̃ dico ꝙ differentia individualis ⁊ natura sunt ꝑmo diuersa formaliter et tamen realiter ydẽptificant cuiusmodi non sunt duo individua Ad scõm dico ꝙ non est incõueniẽs ꝙ eadẽ res realiter sit cõicabilis ⁊ incõicabilis. Cõtra istã responsionẽ arguo sic q̃ tunc duo cõtradictoria possent verificari de eodem ꝙ est destruere totam logicã. Ego ꝓbo q̃ cõicabile ⁊ nõ cõmunicabile contradicunt et ꝙ te de eadẽ natura verificãtur ergo ⁊c. Pro solutione (si placet) notabis ꝙ contradictio est affirmatio ⁊ negatio eiusdem ꝓdicati de eodẽ subiecto ad idem scõm idem simili et in eodem tempore ⁊ per hoc solvitur argumentũ. quia illa contradictio nõ est ad idem sed est respectu diuersor̃. Unde natura mea dicitur esse singularis ꝓ eo ꝙ contrahitur ⁊ incatinatur

Nota diligenter.

Contra.

Scõm argumentũ.

Ad solutionẽ ꝑmi argumenti

Ad scõm Obiectio

Solutio.

quid sit cõtradictio

q̄ formalitas est rō formalis q̄ quā res habet suum p̄mariū esse. siue qua res est in suo p̄mario esse siue totaliter siue ptialiter et nota q̄ formalitas venit a formali et formale a forma. Et hoc sumendo formā vt est rō q̄ditatiua alicuius siue p̄ro quacūq̄ rōne sub qua ex natura rei aliquid p̄t concipi. non autē sumendo formā p̄ro forma partis vel totius sicut humanitas vel accidētali forma. Nota insup q̄ idē est dicere. esse p̄mariū/esse essentiale/z esse in p̄mo modo dicēdi per se. Similiter idē est dicere rō q̄ditatiua. ratio formalis. q̄ditas. z formalitas. illa enim quattuor sunt penitus sinonima q̄ important oino eandē rem Est tamē notandū q̄ duplex est esse. quoddam est esse p̄mariū et istud non est aliud q̄ esse p̄priū essentiale cuiuslibet rei Aliud est esse accidentale et istud est duplex s. cōmune vt accidens q̄ accidens. Aliud est esse passionale sicut p̄pria passio. Ex oibus istis ponunt aliq̄ p̄positiones q̄ ordinē. Prima p̄positio. nulla p̄pria passio est ratio formalis siue formalitas sui p̄oprij subiecti z hoc sumēdo formalitatē. Tertio mō vt est rō q̄ditatiua qua res habet suū p̄mariū esse. hec p̄positio p̄bat. nā q̄ p̄priā passionē alicuius nullū subiectū habet suū esse p̄mariū sed q̄ eius p̄priā differentiā. siue q̄ p̄priū eius genꝰ z hoc si sit ens p̄dicabile. Scda p̄positio nullū accidens est ratio formalis sui p̄prij subiecti hec p̄positio p̄bat sicut et p̄ima. Tertia p̄pō nulla attributa in diuinis. similiter nulluz notionale sunt p̄prie formalitates. p̄bat. q̄ p talē attributionē ēntia diuina nō hz suū p̄mariū cē. Quarta p̄pō ens est rō q̄ditatiua siue formalitas enti creato vel increato q̄ de illis p̄dicat in p̄mo mō dicendi p se. Uñ est docto. sub. regula. Quicq̄d dr de aliquo in p̄mo mō dicēdi p se est de ratiōe formali z q̄ditatiua illiꝰ ergo p̄positū Quinta p̄pō. oia gña sudalkna. vt corpꝰ al. ꝛc. sūt formalitates respectu suoꝝ iferioꝝ. Sikr oia p̄dicamenta. z spēs specialissime respectu suoꝝ iferioꝝ. Sexta p̄pō nulla differētia indiuidualis vt socrcitas. pegrinitas est rō formalis sui p̄prij idiuidui z hoc capiēdo tertio mō. q̄ si caperet large vt sit illa qua indiduū sūt p̄mo talis entitas poliz ꝛcedi. Septia p̄pō q̄ est de mēte mgri anthonij trōdette nullꝰ modus intrinsecꝰ hz formalitatē p̄bat ipse q̄ formalitas est rō p se ꝛceptibilis ad intellectu sic q̄ ex se

ꝑpria ꝑpō.

Scda ꝑpō.

tertia ꝑpō.

q̄rta ꝑpō.

nota doctoris regulā.

Quinta ꝑpō

Sexta.

Septima.

ꝑt terminare actū intelligẽdi mõ gradus intrinsec⁹ q̃ditatis nõ est ꝑse ꝛceptibilis sine q̃ditate cui⁹ est grad⁹ ergo ꝓpositū Est aũt mod⁹ intrinsecus scõm scotu. viij. di. ꝓi. scu. q̃ adit⁹ alteri nõ variat rõnẽ formalẽ ꝛstituti per ipm vel remot⁹ ab illo. i. q̃ de se nullã rõnẽ formalez dicit Et nota q̃ ꝑ rõnẽ formalẽ nõ itelligo ꝛceptū q̃ditatiuuz sue rõnẽ q̃ditatiuã q̃ tũc ẽt falsũ vt ꝓz de finitate ⁊ infinitate q̃ variãt rõnẽ seu ꝛceptū q̃ditatiuũ ipsi⁹ cuius q̃ tũ nõ ꝛcederet magister ãthoni⁹ patauin⁹. Et isti modi intrinseci reꝓiunt tã in deo q̃ i creaturꝛ. in deo sicut infinitas necessitas. eternitas. ⁊ erñtia. In creaturꝛ. sicut act⁹ potẽtia ꝛtigẽtia. ⁊ hmõi ⁊ vn⁹ alti opponit sicut infinitũ finitũ ꝛtingẽs necessario. nec etiã isti modi intrinseci intrãt q̃ditatẽ nec dñt formaliter positiue ab ea. sed dũtaxat negatiue ꝑ ꝙto q̃ nõ sũt de rõe formali ipsi⁹ q̃ditatis cuius sunt modi intrinseci. Qualis aũt dka sit inter moduz intrinsecũ ⁊ dkam de hoc alias. Scõs terminus est ydẽptitas. nã ydẽptitas dupliciter sumit. vno cm̃ mõ trãscẽdenter. et sic est q̃dã passio entis disiuncta q̃ vel ei⁹ oppositũ solũ nõ ꝑt ꝑdicari vniuersaliter de ente ꝛ ãbo sic sub disiunctiõe Unde illa est falsa omne ens est idem. Similiter ista est falsa omne ens est diuersum. Secundo modo sumit stricte et est quedam relatio equiparãtie fundata super vnũ in substantia. Tertius termin⁹ est distinctio. Unde breuiter distinctio ꝓpꝛie dicta est quedam relatio fundata in aliqua quoꝝum vnũ non potest esse aliud et hoc ea distinctione qua distinguntur ⁊c. Et hec quo ad terminorum declarationẽ. Nunc accedendum est ad scõm in quo recitabitur modus quoꝝũdam scotiꝛ autiũ vel meli⁹ moraliꝛantium: vbi inter cetera Septem assignant distinctiones. Et per opposituz septem recitant ydemptitates ꝓcfatis. septẽ distinctionibus coꝛrespondentes. Quia quot modis dicitur vnum oppositoꝝum tot modis dicit et reliquũ. qualiter hec ꝓpositio intelligatur videsuperius. Unde ꝓma distinctio secũdũ eos est distinctio rõis et est illa q̃ habet fieri ꝑ actuz collatiuum nostri intellectus datur exemplũ homo est homo. homo positus a ꝑte subiecti distinguit a seipo posito a parte ꝓdicati et hoc sola ratione. Ex quo inferunt q̃ inter entia realia et rationis vt inter animal et genus est distinctio rationis.

q̃d sit mod⁹ intrinsec⁹ scõz scotũ.

q̃lit isti modi iter se opponantur. Nota diligenter.

scõs t̃min⁹ q̃ ẽ declarãdus ꝺz ydẽptitas.

tꝛi⁹ t̃min⁹ est distictio

Mod⁹ cuius dã colleere siue colligentis. Unde declaratione hui⁹ ꝓpõis in .i. tractatu ꝑma distinctõ scõz scotũ

q̄ sūt illa q̄ sūt eadē rōe

Hāc materiā vide in ꝑmo tractatu ad lōgū

opinio magistri āthonij patauini.

Similiter inter genus ⁊ speciē. ratio sua est qz nō fit nisi ex sola collatiōe intellectus. Sz illa sunt eadē rōne q̄ habēt eundē ꝛceptū oīuo indistinctū a ꝑte rei. et etiā indistinctū a ꝑte intellectus vt homo est idē sibiipi. Similiter oia q̄ ponūt in tertio mō essendi sicut soz. et pla. ⁊c. p hac distinctiōe notabis q̄ dupler est actus intellectus q̄dā est rectus simpler et absolutus et est actus quo intellectus fertur supꝫ aliqd̄ intelligibile non cōparando illud ad aliud neq; ad seipm. Alius est collatiuus cōparatiuus siue respectiuus et est actus quo intellectus fertur supꝫ aliqd̄ cognitū cōparādo illud ad aliud cognitū vl̄ ad seipm et de istis satis dictū fuit supꝫ Aliq̄ ex nostris addunt tertiū et vocāt actus reflexū q̄ terminat ad actū ꝑexistentē in potentia et hz rōnē tendentie vel tendētiam in ipo. Notandū est insup (vt narrat magister antonius patauinus) q̄ distinctio rōnis ꝑt fundari inter entia realia et entia rōnis. ꝓbat ipe qz cū distinctio sit relatio mutua. in vtroq; extremo ꝑt fundari supꝫ ente reali et terminari ad ens rōnis et ecōtra. Si fundet in ente reali ad ens rōnis ꝑt ꝓbari talē distinctionē esse distinctonē rōnis duplici via vide ipm in scdo articulo. Scda distictio scōm eos est distinctio ex natura rei. Unde illa distingūtur ex natura rei de q̄bus duo contradictoꝛia secluso ope intellectus verificari ꝑnt sicuti diffinitio et diffinitū. nā secluso ope intellectus diffinitio est cōstitutiua. diffinitū aūt non. totū etiā et ꝑtes loq̄ndo de toto methaꝑhisico ⁊ nō phisico. ⁊c. Sz illa sunt idē ex natura rei de q̄bus duo ꝑdicata oppoīta secluso ope intellectus collatiuo verificari non possunt vt homo est homo ꝑ hac distinctōe notabis q̄ triplicia sunt ꝑdicata contradictoꝛia. Quedā sunt q̄ non inferunt distinctionē realē q̄ est inter rem ⁊ rē sed bene inferunt distinctionē q̄ est ex natura rei siue formalem vt cōmunicabile et non cōmunicabile liberum et non liberū. Alia sunt q̄ necessario inferunt distinctionē realē q̄ est inter rem ⁊ rem. licet non necessario inferāt distinctionē realē naturarū vt esse genitū et non esse genitū. ꝓductū et non ꝓductū. vt in diuinis pater q̄ non est genitus distinguit realiē a filio q̄ est genitus non tamen essentialiter. qz in diuinis non est distinctio essentialis. Alia sunt ꝑdicata contradictoꝛia q̄ necessario inferūt di-

s. in suo tractatu foꝛmalitatuz vbi ōclarat qd̄ sit distictio rōnis ad longū.

Triplicia sunt ꝑdicata ꝛtradictoꝛia.

stinctionē non solū suppositoꝝ. verūetiā naturaꝝ. sicut sunt ꝑma predicata cōtradictoria. vt esse et non esse existere et non existere. Et si arguat̄ inter cōtradictoria est equalis distantia. ergo si aliqua ꝛtradictoria inferāt distinctionē realē et per ꝛsis oia Respondet̄ q añs est simpliciter falsum qz quando extrema sunt immediata. tanta precise est eoꝝ distantia quantū est alterum extremū maius. Notandū est insup q diffinitio et diffinituz possunt capi dupl̄r vno eñ modo p eo qō significant vel p eo qō denominat. Si ꝑmo modo tunc diffinitio ꝛ diffinitū important dūtaxat duas intentiōes scōas ꝛ sic inter istā nō potest fundari nisi distinctio ratiōis q̄ fit ex collatione intellectus. Si autē capiant scōo modo sic important conceptus significantes vel significatos q̄ sunt ꝑme intentiones. Et inter cōceptus illos de necessitate fundat̄ distinctio aliqua q̄ vocat̄ distinctio ex natura rei. Similit̄ inter totū ꝛ ptes fundat̄ distinctio ex natura rei non quidem inter totū logicū qō est species p formali sed dūtaxat inter totū phisicū ꝛ methaphisicū qō est ꝛpositū ex realitate actuali ꝛ potentiali. Et nota q̄ inter totū phisicū non solum fundat̄ distinctio ex natura rei sed etiā distinctio realis q̄ est inter rē ꝛ rē ꝛc. Tertia distictio scōm eos est distinctio formalis. Unde nota q̄ distinctio formalis est inter aliqua duo quoꝝ vnū non ī cludit aliud in ꝑmo modo dicendi p se sicut distinctio q̄ est inter subiectū ꝛ ꝓpriā passionē. Sed illa sunt eadē formaliter quoꝝ vnū includit (non dico includit) aliud in ꝑmo modo dicēdi p se vt inter hoīem ꝛ aīal est idēptitas formalis qz hō includit aīal in ꝑmo mō dicēdi p se non autē ecōtra: voco ydēptitatē formalē vbi illud qō dicit sic idem includit illud cui sic est idem in ratione sua formali et p se ꝑmo modo Ex quo infero q̄ omnia predicata quiditatiua superiora Similiter omnes differentie essentiales et modi intrinseci non sunt idem formaliter suis constitutis sine inferioribus. Sed bene ecōtra. Infero etiā q̄ essentia diuina distinguitur formaliter a relationibus quia cōceptus absoluti non includit quiditatiue conceptuz relatiui nec ecōtra. Similiter omnia attributa vt sunt intellectus ꝛ voluntas (si fas est attributa nominari) sapientia. bonitas et iustitia ab essentia diuina et a seinuicez et essen

Euasio.

Dissolutio

Nota q̄lit diffinitio ꝛ diffinitum dupl̄r pōt sumi.

Tertia distinctio.

qd sit ydēptitas formalis scōz scotū in ꝑmo sen.

tia a relatiõib⁹ formalit distigunt. Notabis etiã ꝙ hac tertia distictiõe ꝙ ꝗttuor sũt modi (vt placet phlo, ꝑmo poste.) duo dicẽdi tertio ellẽdi et ꝗrto caulãdi. Ad quãtũ ad ꝑmũ modũ dicẽdi. ⁊ diligent notãdũ ꝙ tripler est conceptus. Quidã est simpler ⁊ est ille q̃ ꝑt aphẽdi ⁊ cognosci ꝙ ꝑmã operationẽ intellect⁹. Alius est ⁊ceptus sumc simpler et est ille q̃ non est compositus neq; est componibilis cũ aliquo. Tertius est cõceptus simpliciter simpler. et est ille qui non est resolubilis in alios conceptus priores. Et iste est dupler. Quidã est simpliciter simpler quiditatiuus sicut conceptus entis. Alius est simpliciter simpler qualificatiuus. vt est conceptus vltime differentie. Et per hoc ponunt aliqui propositiones. Prima ꝓpositio. Quãuis deus sit sume simpler. non tamẽ est simpliciter simpler ratio est q̃ includit ens quiditatiue. hec etiã est in primo modo dicendi per se deus est ens. Scõa propositio Ens dicit conceptũ simpliciter simplicẽ. quia eius conceptus non est resolubilis in alios cõceptus priores quos quiditatiue includit. Tertia ꝓpositio. omnis differentia vltima specifica. habet conceptũ simpliciter simplicẽ. sic dõs dre indiuiduales hũt cõcept⁹ simplicit simplices Et oẽs proprie passiones siue entis. siue cuiuscũq; alterius subiecti. Quarta ꝓpositio de nullo conceptu simpliciter simplici dicitur aliquid in primo modo dicendi per se. Quinta propositio conceptus quiditatiuus est ille qui est communicabilis pluribus inquit ⁊ est dupler Quidã est quiditatiuus simpliciter et absolute vt cõceptus entis generis speciei. Alius est conceptus qualificatiuus vt conceptus differentie essentialis. Attende insuper ꝙ aliqui ex nostris aliter intelligunt descriptiones ydemptitatis formalis. Loco autẽ ydẽptitatẽ ⁊c. Dicũt esse ꝙ inferius non est idem formaliter superiori. Sed potius econtra. qõ probant. q̃ clarissimũ est ꝙ inferius accidit suo superiori. Sed illud quod accidit alicui extrahatur a sua ratione formali et est extra illam ergo propositum. Item illud non est idem sic formaliter alicui qõ nõ est de ratione illius. Sed inferius non est de essentia superioris. sed pot⁹ econtra ergo ⁊c. Confirmat q̃ qñ aliqd est quod ⁊stituti ex aliquibus quor vnũ est extra aliud formalit illud totũ nõ est de essentia alteri⁹ ptis. Inferius

Nota ꝙ tripler est ⁊ceptus.

Pria ꝓpõ.

Scõa ꝓpõ

tertia ꝓpõ

ꝗrta ꝓpõ.

ꝙnta ꝓpõ.

opinio magri antonij patauini.

autē est huiusmodi respectus superioris ergo ppositū. Ad ꝓ
mū istoꝝ scōm cōmunē opinionē maiorē concedo. Et ad
minorē dico q̄ si ipi vellint itelligere q̄ iferi⁹ suo superiori
extraneat a sua ratiōe formali ⁊ est extra illā. hoc ē dictu
inferi⁹ nō est de rōne superioris sic venuste loquunt. ⁊ sum⁹
cū ipis. Si aūt vellint itelligere q̄ inferi⁹ extraneat suo
superiori hoc ē dictu inferi⁹ nō includit suū superi⁹ formalit ⁊ q̄
se ꝓmō mō negam⁹ eos simpliciter. Ad scōz negat maiorē nā
ad hoc q̄ aliqd includat aliō realit ⁊ formalit nō opz q̄ sit
de quiditate illius sed potius ecōtra. Et comprobat per
scotū in quarto sen. di. xij. q. ꝑma esse idē formalit alicui
est esse de essentia eius. Dico (q̄ salua coꝝ reuerentia) te
stus nō sic manet. nec satis insperexūt. loquit ibi doctor
de inherentia albedinis ⁊ dicit q̄stionē motā ad aliqbus
esse trufaticā ⁊ sine intellectu. Vbi inquit q̄ nichil est de
essentia alicuius nisi qō ptinet intrinsece ad q̄ditatē eius
modo aial ptinet ad q̄ditatē hois ⁊ nō ecōtra: ꝙ hoc etiā
ptz ad tertiū: q̄ nō dicim⁹ hoiem esse de essentia sui supio
ris sed potius ecōtra. nec etiā inferius est extra suū supi⁹
imo includit illud non solū realiter sed etiā formalit.
Circa hanc distinctionē formalē est vna ꝑua difficultas
Vtrū homo et humanitas formalit distinguant. Respō
dent aliq̄ q̄ non nisi sola rōne qō ꝓbant ꝙ doctorē dicen
tē q̄ pater. paternitas. generatio. generat. generare. nō
distinguunt nisi ꝙ modos significādi gramaticales q̄ sunt
in voce ab intellectu. Et si arguat hec cōcedit hō est risi
bilis. ⁊ hec negat humanitas est risibilis. Respondēt qō
vna non est magis vera q̄ altera nisi ꝑpter modos signi
ficandi gramaticales q̄ sunt in voce ab intellectu et non
re ipsa ⁊ sic ptz q̄ tm̄ distinguunt rōne. Quarta distinctio
scōm eos est distinctio realis. vñ distinctio realis est illa
q̄ est iter aliq̄ duo q̄ sic se hnt distinctiue q̄ vnū ꝑt esse sine
altero vel meli⁹ dicat q̄ distinctio realis est illa q̄ est iter
rē ⁊ rē. illa sūt res ⁊ res quoꝝ vnū ꝑt rē sū alio Sz ydēptitas realis ē illa q̄ ē int aliq̄ duo q̄ sic se hnt q̄ vnū nō ꝑt ee
sū alio. seu vnū ē ipossibile separari ab alio absq̄ ꝓtradictione. Ex quo ifero q̄ totū distinguit realr a suis ptib⁹ loqn
w de toto cētiali itegrali. ⁊ quātitatiuo. Dicit res. r. ge
nerū actualit existites ⁊ idiuidua eiusdē spēi q̄ diuersaꝝ spe
cierum. materia ⁊ forma nec non tres psone in diuinis

Euasio.

Dissolutio

q̄rta dictō.

Corelariū

nota aliqs distictiões de rebꝰ/ ad longum.

Cpro hac quarta distictiõe q̃ est inter rẽ & rem. notabo aliquas distinctiões de rebus. Nam triplices sunt res q̃ daz sunt incausabiles. et sunt ille quibus repugnat dino causari. vt pater filius et spūs ſ. hiz eñ sunt plures res. & ettã vna res. ſ. vna essẽtia. vnde augustinꝰ dicit res quibus kruedũ est sunt. p. f. & ſ. ſ.

Alie sũt res

Alie sũt res causabiles et sunt ille quibus repugnat aliquas causas habere intrinsecas. non tamẽ repugnat habere causas extrisecas. sicuti sunt oẽs formę substantiales. angeli aie. Et similiter oia accidentia spūalia vt sunt habitus scientifici. profecto nullũ illoꝝ componit ex materia et forma.

Alie sũr res

Alie sunt res causabiles à q̃tuoꝝ caulis. Sicuti sunt oẽs res composite ex materia et forma. et iste possunt vocari res naturales et de facto vocantur. Unde nota q̃ res naturalis tripliciter sumitur.

Res nãl tripr sumit.

vno eñ modo vt distinguit cõtra rem supnaturalem. vt dicatur res naturalis quãtũ est ad agente naturalit causante in passo talem formã et scõm ordinez nature. Res vero supnaturalis dicit inquantũ est ad agẽte quod nõ est naturaliter impressiuũ talis forme in passum. Scõo modo sumit res naturalis. vt distinguitur contra violẽtũ. et sic oñe illud videt naturale qđ inclinat ad formaz quã recipit. sicuti graue qđ mouet deorsuz hoc modo est res naturalis graue vero moueri surſum est res violenta. Tertio modo sumit vt distinguit contra artificiale. & sic oñe ꝓpositũ ex materia et forma naturali. est res naturalis. Artificiale vero est cõpositũ ex materia & forma artificiali siue artis.

Alia distinctio de rebꝰ

Nota insup q̃ res aliquando venit a tatus ta. tũ. & ista est semp cũ existẽtia actuali. Aliqñ venit a reorꝝ. qđ est opinor narꝝ & hec est cõis ad oia entia ficticia siue ymaginabilia sicuti ad chymerã et tragelaphũ. Et istã distinctionẽ ponit scotꝰ in pmo sen. dis. xxv. Sike aliqñ res sumit large & sic modi intrinseci & dẽ ultime sũt res. Aliqñ ꝓpe & sic res pcise dr de matia & forma et de multis aliis & tũc modi intrinseci nõ sũt res.

Dirk er dictꝫ pua difficultas.

Existis nascit vna parua difficultas: vtrũ res in esse cognito differãt absolutẽ realit. Et videt q̃ sic. nã antixps habet esse cognitũ et adam habet esse cognitũ. Et antixps non est adam ergo ꝛc. pro difficultate exponendi libus stude. Nã exponendo ꝓpositiones ãbe sunt false vt pz intuenti ꝛc.

¶ Quinta distinctio est distinctio essentialis et est illa q̄ est inter essẽtias positiuas quarũ vna vere negat de alia Et nota q̄ hec distinctio non habet locũ in diuinis ꝑ quia ibi non sunt due essentie hoc enim dicere est hereticum. Quicquid enim in diuinis reperitur est idem essentialiter cum alio. Iuxta illud augustini deus simplex est quia est quicquid habet excepto eo quod relatiue dicitur habet enim deus intellectum et est ipsemet intellectus. habet etiã volũtatẽ et est ipamet volũtas. Et ideo quãuis ꝓsone in diuinis distinguantur realiter distinctione reali suppositorum. non tamen distinguntur essentialiter siue distinctione reali naturarum. quia ibi non sunt due nature. Sed vna simplicissima in tribus ꝓsonis existens dumtaxat. ℞ Propositio. relationes originis essentialiter non distinguntur. ¶ Contra propositionem arguo sic. Quecunq̄ distinguntur specie. distinguntur essentialiter. Sed relationes originis distinguntur specie. ergo ꝛc. Respondeo q̄ minor est falsa. Quia nulla distinguntur specie que reperiuntur in diuinis. ¶ Contra. quecunq̄ sunt alterius et alterius rationis. Specie distinguntur. Sed relationes originis sunt huiusmodi ergo specie distinguntur. Respondeo q̄ maior est falsa. et do instantiã de diffinitione ⁊ diffinito. Subiecto ⁊ ꝓpria passione. Contra. Quecũq̄ qditatiue distingũtur. specie distinguntur relationes originis sunt huiusmodi. ergo. Responsionem quere. Insuper est notandũ ꝓ hac qnta distinctione q̄ dupler est ordo essentialis. Quidam est simpliciter: et est ille qui est inter aliqua duo: quoꝝ vnus sic dependet ab alio q̄ oppositum illius fieri implicat contradictionem per quãcunq̄ potẽtiam. ⁊ iste est inter creaturam et deum totum et partes. Alius est ordo essentialis sc̃m quid. et iste est inter aliqua duo: quorum vnum dependet ab alio. tamen oppositum alicuius istorum potest fieri per aliquã potẽtiam naturalẽ vel supernaturalem. Nota insup q̄ istud ꝓbs non valet. hoc est idẽ essentialiter alicui. ergo est de essentia illius. Nam subiectum et ꝓpria passio sunt idem realiter et essentialiter. et tñ vnus nõ est de essentia alterius: quia tunc hec propositio esset in primo modo dicẽdi per se homo est risibilis. quod tamen falsum est. sed est in secundo modo dicendi per se.

qnta distinctio.

Distinctio essẽtial' nõ hz locũ i diuinis.

ꝓpõ.

ꝛra ꝓpõez

Solutio ꝓpositionis Contra

Solutio.

Contra.

ꝛre responsionẽ alibi.

Nota duplicẽ ordinem.

Similiter debes notare q̄ ista distinctio semp fundat̄ inter extrema positiua realia et actualit̄ existentia Ex quo sequit̄ q̄ inter negatiões et ꝑuatiões seu inter entia positiua et ꝑuatiua non ꝑt fundari distinctio essentialis. Sz illa sunt cadē essentialit̄ q̄ ydēptificant realiter vni essētie singularissime. vel q̄ sunt de essentia intrinseca alicuius. Ex quo infero q̄ q̄cūq; ideniptificant cuicūq; singulari mundi siue indiuiduo. siue supposito illa sunt cadez essentialiter Sexta distinctio scōm eos est distinctio se totis subiectiue. vnde illa distingunt̄ se totz subiectiue q̄ in nulla realitate q̄ditatiue cōueniūt. Et q̄ oppositū illa dicunt esse cadē se totis subiectiue q̄ q̄ditatiue cōueniūt in aliqua realitate potētiali et ztrahibili q̄ realitatē differētie. Ex quo infero q̄ oia ꝑdicamenta similiter deus ⁊ creatura se totis subiectiue distingunt̄ ⁊c. q̄ hac distinctiōe notabis q̄ dupler est realitas. q̄daz est obiectiua. alia est subiectiua. Realitas obiectiua quantū spectat ad ꝓpositū est quicq̄d ex natura rei ꝑt esse obiectū intellectus. et ex natura sui terminare actū intelligendi. Sed realitas subiectiua est quicq̄d est ex natura rei in supposito. vel in diuiduo exñte. Itē realitas obiectiua q̄dam est ztrahibilis q̄ aliā realitatē et potentialis ad eā. Et hoc modo oia genera habent tales realitates potentiales et ztrahibiles siue talia genera sunt generalissima. siue subalterna Alia est realitas (capiendo realitatē q̄ cōceptu reali) que non est contrahibilis q̄ realitatē sed ꝓcise q̄ modos intrinsecos q̄ non important distinctā realitatē a re cuius sunt modi. Et hoc modo oia trāscendentia deo et creature sic contrahunt̄ q̄ modos intrinsecos Et hec sunt de mēte magistri antonij patauini q̄ (neminē vituꝑando) inter oēs methaphisicos ⁊ formalizantes honorifice se habuit sit sibi honos ⁊ ꝑtie ⁊c. Ultima distinctio scōm eos est distinctio se totis obiectiue et est illa q̄ est inter aliqua de q̄bus non ꝑt ꝑdicari aliq̄ ꝑdicatū q̄ditatiue. Sed illa sunt eadē se totis obiectiue de q̄bus ꝑt ꝑdicari aliq̄ ꝓdicatuz q̄ditatiue siue sit limitatū siue trāscendens. Aliter describit scōm aliquos et est illa q̄ est inter duo extrema que in nullo cōceptu q̄ditatiue ꝛueniūt q̄ hac descriptiōe notaliq̄. Nā dupler est cōcept⁹. Quidā est obiectiualis ⁊ est ipsa q̄ditas cōcepta siue obiectū conceptū. Ali⁹ est ꝛcept⁹

Que sūt illa que sunt cadē essentialiter.

Sexta distinctio.

Septia distinctio.

Aliter ꝑt describi/ et melius.

Nota q̄ dupler est ꝛceptus.

qualificatiuus/et est ipsa intellectio siue actus intelligẽdi. qui quidem actus est qualitas de genere qualitatis. et dicitur qualificatiuus: quia est ipse natura qualitatis. Hac distinctione p̃supposita ponitur talis p̃positio. omnes differentie. omnes p̃prie passiones/siue entis/ siue inferioris. Similiter essentia diuina ⁊ attributa. vt bonitas/sapientia. ⁊c. distinguntur se totis obiectiue.

¶ Nunc recitabitur succincte ⁊ breuiter (quia non est ponẽda pluralitas sine necessitate. p̃mo philosoph̃or) opinio magistri mei/⁊ multor̃ alior̃ scotizantiũ: cui vel quibus adhereo firmiter/et adherere intendo. Et p̃mo dico q̃ p̃ter distinctionẽ rationis que fit ex sola collatione intellectus (sicut visum fuit superius) nõ sunt ponende nisi alie due p̃cedentes intellectum. s. distinctio realis ⁊ formalis. de quibus satis dictum est. et omnes alie ad istas possunt reduci. nec p̃prie condistinguũtur contra istas. Et nota q̃ distinctio realis est dupler. suppositor̃ scilz et naturarum. Nam distinctio realis suppositor̃ est illa que est inter aliqua duo supposita quor̃ vnum non est aliud realiter sicut distinctio realis que est inter p̃rem et filium in diuinis. Unde tres persone in diuinis realiter distinguntur non autem essentialiter. Alia est distinctio realis naturarum. et est illa que est inter duas naturas quarum vna nõ est alia realiter. Et ista reperitur in creaturis. Similiter inter rem creatam et increatam. Et ista potest vocari essentialis distictio: quia natura ⁊ essentia idem sunt. Similiter distictio formalis dupliciter potest sumi vno enim modo p̃prie/ et est inter aliqua duo quor̃ vnum non includit aliud in p̃mo modo dicẽdi perse. Alio modo potest sumi large: et sic est iter aliquas realitates: quarum vna non est alia. Et si quis querat nonne saltem oportet ponere distinctionem modalem? profecto dico q̃ non est multum necesse. quod ostendo. quia talis distinctio reducitur et ordinatur ad distinctionem formalẽ. Nam modus intrinsecus habet modũ formalitatis. ⁊ ideo quasi frustra poneretur. ¶ Qui nolunt p̃mam viã tenere que ẽ satis ꝯmunis ⁊ approbata apũ formalizantes ⁊ scotistas hec argumenta cõtra ipsaz adducant cõia. ¶ Et licet ab aliqb⁹ nr̃is: quasi truphance/ soluãtur. in rei tñ veritate arguctis interũ/ sẽp remanet.

Opinio ꝑ ha mgri ste phani bruli pher. tartareti ⁊ mlt̃or̃ alior̃ scotizantiũ

Distinctio realis ẽ dupler.

distictõ formalis ẽ dupler.

. s. mgri stephani bruli pher/ ordinis fm mior̃ q̃ fuit valde subtillis in via doc. vt ptz in ei⁹ operib⁹

Pria ratio. Ideo hoc scdo loco arguo cōtra eam pbādo primo q nulla sit distinctio ex natura rei minor distinctione formali. & q distinctio ex natura rei non potest stare cū idēptitate formali. qr quecūq; distigunt ex natura rei distigūtur formaliter. & econuerso. ergo distictio ex natura rei nō stat cū idēptitate formali. nec est minor ipsa. q̃a est manifesta. et añs quo ad scdam sui partē concedit ab eis. sed quo ad primā partē pbat. qr q̃cūq; distigunt ex natura rei dicūt aliā & aliā rationē formalē. sed q̃cūq; dicūt aliā et aliā rationē formalē distingūtur formaliter. ergo q̃cūq; distingūtur ex natura rei distingūtur formaliter. minor est cui deus: & maior pbatur discurrēdo per oia illa que ipsi ponunt distingui ex natura rei & nō formaliter. primo de superiori & inferiori. Manifestū eni est q superius & inferius habēt aliā & aliā rōnē formalē. cū ratio inferior sit extra rationē superior. Sicr (sicut ipi dicūt) cō socratis est incōicabilis. rō autē hois/est cōicabilis. sed eadē ratio formalis nō pōt esse cōicabilis & incōicabilis. sicr ptz de toto et partibus. Ratio eni formalis toti⁹ est alia a rōnibus formalibus partiū. cū eadē ratio formalis nō sit cōstituta & nō cōstituta cōstituēs & nō cōstituēs. sicr de mō intrinseco de re cui⁹ est mod⁹. Licet eni mod⁹ intrinsecus sit ille qui additus alteri nō variat rōnem eius formalem. vt ptz de albedine & eius gradibus. albedo enim intensa & remissa sunt eiusdem rōnis formalis nō est tū talis modus cōueniens rei in primo mō dicēdi per se quare nō erit illi idem formaliter cū re cui⁹ est mod⁹. licet forte pprie nō distinguatur formaliter a re cui⁹ est modus. qr ad distinctionē formalē requirit oportallis q sit quiditas et q̃ditas. modus autē intrinsec⁹ non est pprie formalitas vel quiditas. qr quiditas addita alteri variat rōnem formalē eius seu cōstituti per illā. vt rōnale & irrationale si addātur alali cōstituūt species hñtes diuersas rōnes formales nō sic modus intrinsecus. vñ nulla ratio q̃ditatiua pōt addi alteri quin variat speciem. vel simpliciter hoc est de vna specie aliā faciat contrariā vel disperatā. vel scōm qd hoc est de nō tali specie facit aliā speciē: puta si addatur dīa ptinēs ad esse quiditatiuū generi facit speciē specialissimā et nō prefut talis species specialissima: sed tū prefut species intermedia. Patet quarto de diffinitiōe et diffinito. nam

quid sit modus intrinsecus.

ratio formalis diffiniti est alia rõne formali diffinitiõis. ratio er̃ formalis diffiniti est ratio totiꝰ ꝙ ratio formalis diffinitionis est ratio partiũ. nam dictum est ꝙ est alia rõ formalis totius ꝙ alia partiũ. Itẽ manifestũ est ꝙ aliꝰ est per se cõceptꝰ diffinitionis: alius diffiniti accipiendo pro cõceptibus signiſicati. ergo aliã et aliã cõceptibilitate dicũt diffinitũ ꝙ diffinitio. sed tales ꝙceptibilitates nõ sunt nisi rõnes formales seu obiecta formalia cõceptibilia. ergo diffinitũ ꝙ diffinitio dicũt aliã ꝙ aliã rõnẽ formalem. assumptũ est doctoris subtilis in scõa distinctione primi. vbi ex intẽtiõe ꝓbat illud duobꝰ aut tribꝰ medijs. Et cõfirmatur tota ista ratio. Quecũq; importãt aliã et aliam quiditatẽ illa distingũtur qditatiue ꝙ formaliter. sed oia illa que distingũtur ex natura rei: importãt aliã ꝙ aliã qditatẽ: ergo oia que distingũtur ex natura rei distinguũt quiditatiue ꝙ formaliter. igit distinctio ex natura rei non põt stare cũ identitate formali. nec est minor ipsa. maior est manifesta ꝙ vbicũq; est alia ꝙ alia quiditas. ibi est distinctio quiditatiua. sicut vbi est alia et alia res ibi ẽ distinctio realis. modo cõstat ꝙ ais distinctio qditatiua est formalis minor est sufficiẽter ꝓbata per discursum factũ in ꝓcedẽte rõne. ptz enim per ipsum manifeste ꝙ oia q̃ ipsi ponunt distingui ex natura rei ꝙ nõ formaliter hũt aliã ꝙ aliã qditatem. vel saltẽ dicũt quiditatẽ ꝙ modũ intrinsecũ eius. Si dicat ꝙ cõcretũ et abstractũ distingũtur ex natura rei: et tñ non hũt aliã ꝙ aliã quiditatẽ. Dico ꝙ hoc est falsum/ qz quecũq; distinguũt solũ penes diuersos modos cõcipiẽdi. idem obiectũ formale sola rõne distinguũt ꝙ nõ ex natura rei: sed cõcretũ ꝙ abstractũ solũ distingũtur penes diuersos modos cõcipiẽdi idem obiectũ formale: ergo solũ ratione distingũtur et non ex natura rei. maior est manifesta. qz sola diuersitas cõcipiẽdi idem obiectum: immo nõ arguit distinctionẽ ex natura rei. minor est doctoris subtilis in scõa dist. pri. ꝙ in pluribus alijs passibus sue doctrine. ¶ Hec ratio ad aliquibus soluitur. et primo negatur antecedens pro prima sui parte. et ad probationẽ eiꝰ negatur maior. Et cũ probatur inductiue. primo de superiori et inferiori. Dicũt ꝙ exprime esse de mente sco. inferius est idem superiori. nõ tñ ecõtra. ꝑ datet per diffinitionem ydemptitatis formalis voco ydẽptitatem formalem. ꝛc.

cõfirmatio rõnis.

Contra

Responsio.

Rõis solutio.

Est igitur ibi idemptitas formalis non mutua. cū hoc tñ stat q̄ inferi⁹ nō sit idē ex natura rei supiozi ꝓpter diuisionē ꝛ traditoziam de eis vt recte formaliz ātes loquunt Similiter dicunt ad illud quod tāgitur de toto ⁊ partib⁹ q̄ totum phisicum et methaphi. sunt idem formaliter et realiter. licet non econtra. Et qñ dicitur in ratione fundamentali q̄ cadē ratio formalis nō est cōmunicabilis ⁊ nō cōmunicabilis: cōstituta ⁊ nō constituta. Respondent q̄ verum est/ loq̄ndo de cadē formalitate adequata mutua cuius modi nō est in ꝓposito. et sic ꝓbationes iste faciūt ꝓdi ex natura rei/ et non ad ꝓpositū arguētis. Est enim mutuitas distinctionis ex natura rei non tamē formalis quare formalis vbiq̄ infert illam. et non ecōtra. Refert etiā dicere hoc non est idem formaliter illi: et dicere ipsum sic distingui ab illo. Quod tertio additur de quiditate et modo. Respōdent q̄ minus valet in doctrina scoti. nam scotus exꝓresse dicit q̄ modus non dicit aliam formalitatem ab eo cuius est octaua dis. p. ⁊ alibi. Et quādo dicitur quarto. vbi ꝓpositum ꝓbatur ex rationibus diffinitis ⁊ diffinitiōis. Dicūt q̄ nihil est ad ꝓpositū. q̄z ibi est ydēptitas formalis mutua vt cōiū ꝓz. Iz posset cē difficultas/ ꝙpādo diffinitionē ad diffinitū ex illa diffinitiōe idēptitatis formalis. ij. di. p. saltē diffinitū ē idē diffinitiōi formaliter ao ecōtra dicūt ꝓbabiliter q̄ nō. et hoc tenēdo q̄ diffinitio nō dicat aliquā vnā formalitatē resultantē ex ptibus nisi ipm diffinitū: ⁊ tūc dicere diffinitionē esse idē formaliter diffinito. est dicere diffinita esse idem sibiipsi formaliter. ⁊c. Multa quidem alia ꝓ hac ꝓma rōne tribūtur que causa ꝓuitatis relinquo. ¶ Scōo principaliter arguitur ad idem supponēdo q̄ distinctio vna in intellectu est penes diuersos modos ꝛcipiēdi idē obiectū formale. ⁊ hoc siue ꝛcipiēdo grāmatice. vt hō ⁊ hois. siue logice. vt hō ⁊ hūanitas. Alia distinctio est maioꝛ in intellectu/ ꝛcipiēdo duo obiecta formalia duob⁹ actib⁹. ⁊ hoc siue illis corrūdeant diuerse res. vt intelligēdo hoiez ⁊ asinū. siue vna res ad extra. vt intelligēdo coloꝛē ⁊ disgregatiuum. Ista suppō est in forma istiꝰ doctoꝛis subtilis in scōa dist. primi. vbi inuestigat distinctionem formalem inter rationem essentie diuine ⁊ rationem suppositi. Isto supposito ꝓbo q̄ supi⁹ ⁊ inferi⁹ nō solū distingant ex natura rei sed

etiã formalit̃ q; intellect⁹ intelligẽs hoiem ꝛ sortẽ: aut intelligit ipsa vt diuersa obiecta formalia. aut ꝑcise vt idẽ obiectũ formale sub alio et alio mõ ꝛcipiendi. Non scõ mõ q; tũc non esset maior differentia ꝙ cõcipiẽdo hoiem et hũanitatẽ ꝛ ita non ꝛciperet hoiem seu hũanitatẽ magis cõicabilẽ ꝙ sortẽ. nã hõ non est incõicabilis si hũanitas est cõicabilis ꝛ econuerso. igit̃ si hõ et sortes non plus differant ꝙ hũanitas et homo: hõ non esset cõicabilis si sortes sit incõicabilis: nec econuerso Si ꝓmo mõ cũ ista diuersa obiecta formalia sint due rationes formales in re ex natura rei repibiles et non fabricate ꝙ actũ intellect⁹ negociãtis seu ꝛpantis: sequit̃ ꝙ inter ipsa erit distinctio formalis. Nã vbicũq; est alia ꝛ alia ratio formalis ibi est distinctio formalis. q; alietas in diuersis cõibus formalibus arguit aliã et aliã formalitatẽ. ꝛ alia ꝛ alia formalitas arguit distinctionẽ formalẽ. codẽ modo posset argui de diffinito et diffinitione: et de toto et partibus. Ex his manifestũ est ꝙ non est ponẽda aliqua distinctio ꝓcedens actũ intellectus minor distinctiõe formali ꝙ posit stare cũ ydẽptitate formali. ¶ Hanc rationẽ secundã dicunt faciliter solui ex his que dicta sunt in ꝓma ratiõe. Concedunt eñ ꝙ maior distinctio est inter hoiem ꝛ socratẽ ꝙ inter hoiem ꝛ hũanitatẽ. Et dicũt ꝙ nullo pacto sophismatibus vti volunt ad gradus distinctiõis rationis Ulterius cõcedũt ꝙ homo distinguit̃ formaliter a socrate ꝛ socraytate. Et hoc ponẽdo distinctionẽ formalẽ non eñ accipi a formalitate ẽtio mõ dicta. ꝛ scõ mõ dicta (sicut patuit supra) econtra vero ꝛ socrateytas distinguat̃ formalit̃ ab hoie. non tũ socrates et hoc scõm scotuz. Cũ distinctione igit̃ mutua ex natura rei inter illa stat distinctio formalis nõ mutua ꝛ ita ydẽptitas talis ꝛ nõ adeq̃ta neq; mutua. ꝓcrea ẽtio ꝓpal roñdo ꝙ hoc ẽ ꝛtra doctorẽ ex ꝓsse in eã distictiõe. ij. ꝓmi. i loco ꝑdicto vbi ponit distictionẽ formalẽ seu nõ ydẽptitatẽ iter essentiã diuinã ꝛ ꝑsonalitatẽ declarãdo q̃lis sit differẽtia formalis seu nõ ydẽptitas q̃ ponit̃ ꝓcedere oẽm actũ intellect⁹ sic in forma dicẽs. Dico ꝙ tãm reb⁹ ꝙ intellectu dka aliq̃ maior manifesta magis est: ꝛ ex illa ꝛcludit̃ frequent̃ dka minor q̃ est immanifesta. in re autem manifesta est distinctio rerum. ꝛ hoc dupliciter scilicet suppositorum ꝛ naturarum

ex his ostẽ.

Rõ solutio nis.

In intellectu manifesta est differẽtia duplex: scilicet mo-
dorum concipiendi et obiectorũ formaliũ. Ex his inclu-
ditur differentia hic intenta que est immanifesta. qz mi-
nima in suo ordine: hoc est inter oẽs que precedunt intel
lectionẽ. Hec ille. Ex quo manifeste patet q doctor non
solum sententialiter: sed etiã verbaliter ponit distinctio-
nẽ formalẽ seu nõ identitatẽ esse minimã inter oẽs prece
dentes intellectionẽ nulla ergo est minor distictio ex na-
tura rei distinctione formali. Itẽ scõm ipm scotum pbat
q superiora distinguant formaliter a suis inferioribꝰ qũ
negant isti sequaces sui. ipse etiã in distinctione sexta decī
ma scõi respõdendo ex intentione ad questionem quã for
mat ibi scilicet. Utrũ ymago trinitatis consistat in tribꝰ
potentijs aie rationalis realiter distinctis. sic respondet
in forma. Ideo dico aliter sic scõm dionisiũ. v. ca. de diui
nis nois. Continentia vnitiua non est eoꝝ q oino sũt
idẽ. qz illa non vniunt nec eoꝝ q manent distincta ista di
stinctione qua fuerũt distincta ante vnionẽ: sed est eoꝝ q
sunt vnũ realiter: manẽt tamẽ distincta formaliter. siue q
sunt idẽ identitate reali distincta tamẽ formaliter. Hu-
iusmodi aũt ptẽta sunt in duplici dꝛña. qz qdã sunt de na
tura cõtinentis: vt qcũq sunt superiora ad continẽs ver-
bigra. ad eadẽ re accipit ratio albedinis. coloris. qualita
tis sensibilis. & qualitatis et hec sunt supiora ad hanc al-
bedinẽ. et ideo oia sunt de essentia eius. Alia sunt conten
ta in aliquo vnitiue quasi inferiora. qz quasi passiones
continentis. nec sunt res alie ab ipo ptinente. isto modo
ens continet multas passiones q non sunt res alie ab ipo
ente. vt pbat aristo. quarto metha. distinguunt tamen ad
inuicẽ formaliter et qditative. Hec ille. Patet igit clare q
oia supiora vnitiue ptinent in suis inferioribus & q ad ta-
lẽ continẽtiã vnitiuã requirit q contenta distinguantur
formaliter a continente. vñ breuiter isti scotizantes non
dicũt ad doctrinã scoti pfomiter qz nullꝰ ponit distinctio-
nẽ ex natura rei distinctã ptra distinctionẽ formalẽ im-
mo oppositũ expresse ponit sicut patet ex istis prealega-
tis et ex multis aliis pssibus sue doctrine quos omitto
causa breuitatis. Hanc tertiã rõnẽ appime laudãt eo q
bonã difficultatẽ ex dictis scoti. ij. dis. p. tangit. Dicũt tñ
q ꝓt dici pfomiter dictis ipsiꝰ scõa. q. quolibetti. q. scõa

Rõis solu-
tio.

ad finem. et. viij. dis. p. in simil. et. j. repta. d. xxvj. q. scda et dis. xxxiij. ciuiō. q. ij. et sup. vij. metha. q. xix. Nō vrem ter dicūt q implicite in distinctione formali intelligitur distinctio ex natura rei: et ideo nō scit illius intellerit aliā. licet vna non sit formaliter alia. Similiter posset dici q proprietas de qua loquitur ibi doctor dūtaxat ex natura rei distinguitur ab essentia/qz nō est formalitas ppria loquendo. licet ecōtra essentia distinguat formaliter ab ipsa hoc tñ nō asserēdo. Aliter respōdent q doctor q primo ausus est inuestigare ita pūdentiā nō ydēptitatem in diuinis moderate loquutus est propter simplicitatē diuinaz saluandā: et propter aduersarios abhorrētes huiusmodi distinctionē. ideo dixit ipsam esse minimā. sicut ibi nō audet eam appellare distinctionē: sed tm non ydēptitatem.

¶ Quarto principaliter arguit ex dictis eoz. Dicunt enī q distictio formalis est illa q est inter aliq duo quoz vnū nō includit aliud i prio mō dicēdi p se si ista descriptio sit sufficiēs: sequtur contra eos q supi⁹ z inferi⁹ distiguātur formaliter. sicut totū z sue ptes. diffinitū z diffinitio nō solū distiguunt ex natura rei. pbat. Quecūqz extrema sic se hūt q vnū nō includit aliū in primo mō dicēdi p se illa distigunt formaliter: sz supi⁹ z inferi⁹. totū z partes. diffinitū z diffinitio sic se hūt q vnū illoz nō includit aliū in prio mō dicēdi p se. igit distigunt formaliter. maior est cuidēs ex descriptiōe distictiōis formalis data ab eis. minor pbat. qz superi⁹ nō includit inferi⁹ in prio mō cū nullū supi⁹ diffiniat p suū inferi⁹. imo oia inferiora sūt extra rōnē p se superioris. sicut diffinitio nō includit in primo mō dicēdi p se diffinitū. qz ppōes p se nō quertunt. scōm phm prio poste. de statu principioz. sic itelligēdo q si predicatū dicat de subiecto p se nō ecōtra dicet sbm de predicato p se sz p accns: ergo si illa est p se primo mō hō est aial rōnale. ista nō erit p se prio mō aial rōnale est hō: sz magis p accns. sicut ptes nō includūt totū i prio mō dicēdi p se. si dicat ad ista q sz supi⁹ nō scitur de suo inferi⁹ i prio mō dicēdi p se. neqz diffinitio diffinitū neqz ptes totū tñ ecōuerto. Inferi⁹ includit suū supi⁹ in prio mō dicēdi p se z diffinitū diffinitionē z totū suas ptes. hoc nihil vz: qz sz q hoc cōcluderet q oē inferi⁹ est idē formaliter suo supiori z sic q diffinitū sit idē formaliter sue diffinitioni. z sic totū idē formaliter suis ptib⁹: ppt hoc q quod

Quarto arguitur sic.

illoꝝ includit reliquuꝫ in p̄rio mō dicēdi ꝙ se: tñ eodē mō cōcludit ꝙ supi⁹ nō est idē formalr suo inferiori: qz nō includūt ipm in p̄rio mō dicēdi ꝙ se. et ꝙ diffinitio nō est eadē formalr suo diffinito: ꝫ ꝙ ptes nō sūt eedē formalr suo toti: qz nullū illoꝝ includit reliquū in p̄rio mō dicēdi ꝙ se. Et cō firmat: qz in caulis p̄cisis si affirmatio est cā affirmatiōis ꝫ negatio negationis ꝙ phm̄ p̄rio poste. ergo si includere aliud in p̄rio mō dicēdi sit ratio p̄cisa quare includēs est idez formalr incluso nō includere aliud in p̄rio mō dicēdi ꝙ se erit cā quare nō includēs sit nō idē formalr nō iclulo mō cōstat si descriptio distictiōis formalis data ab eis sit sufficiens ꝙ cā p̄cisa quare aliqd est idē formalr alteri. est qz includit alteruꝫ p̄mo mō dicēdi ꝙ se. vel igit oportebit cos cōcedere ista q̄ in istis instātijs inferūtur: q̄ tñ fuerūt negata. vel optz cos dicere ꝙ descriptiones: tā distictiōis formalis ꝙ idēptitatis sūt ab eis insufficiēter assignate.

rōis solutō

¶ Hāc quartā rōnē quasi vituperāt asserētes cōtra ipos nihil militantē. Cōcedūt enī supi⁹ distigui formalr a suo inferiori. ꝫ ptes a toto. Sz de diffitiōe ꝫ diffinito ē maioꝝ difficultas. Et dicūt hoc tetigisse i p̄ia rōne. Descriptiones igit intelligātur in generali: vt ertēdūt se ad idēptitatē ꝫ distictionē formalē.

Quinto arguitur sic.

¶ Pretera q̄nto principalr arguitur cōtra modū ponēdi distictionē se totis subiectiue. qz si illa solū distigueret se totis subiectiue quoꝝ realitates sunt loco ꝫ situ actualr separate ꝫ in actuali exīa/ vt duo individua eiusdē speciei. seqtur ꝙ corpus ꝫ aia simul vnita nō distigurent se totis subiectiue. nec etiā hō et albedo sua nec ꝙ aia intellectiua ꝫ sciētia sua. q̄ns est falsum ergo illō ex quo seqtur. q̄na ē manifesta qz oia ista nō habent realitates loco ꝫ situ actu sepatas et in actuali exīa falsitas q̄ntis ptz: qz si illa nō distiguerent se totis subiectiue. sequeret ꝙ cōuenirēt in aliqua realitate subiectiua seu in aliquo actu existendi. qđ est falsum. q̄a quecūq; due essentie essentialiter ꝫ realiter distincte a seinuicem habēt alīū ꝫ alīū actū exīndi. seu aliā ꝫ aliā realitatē subiectiuā: sed corpus et aia simul vnita. sicr homo ꝫ albedo sua. sicr anima et sua scientia sunt realiter ꝫ essentialiter distincta ergo non conuenirent in aliquo actu existendi seu realitate subiectiua. maior ꝓbatur. quia vnaquecq; res seu essentia habet suū ꝓpriū exīndi cū esse existētie et esse essen

tie idemptificentur realiter. sicut igitur corpus et anima habent aliam et aliam entitatē: ita habent aliaz et aliam existentiam actualem. Unde breuiter non video q̄ aia et corpus. similiter q̄ accidens et subiectum conueniāt magis in aliquo actu existendi cōmuni ambobus: seu in aliqua realitate subiectiua qū vniūtur simul q̄ quādo sunt actualiter separata. ¶ Quantum ad istam quintam rationem dicunt q̄ non procederet cōtra illos qui ponerent distinctionem et idemptitatem subiectiuam secūdum primum modum assignandi ipsas in tractatu formalitatum siretti (qui non omnia nouit: sicut nec mōtes gelboe) parte. vi. articu. ij. principalis. Sz sustinendo sēm modum ibi positum contra quem procedit hoc argumentum. et quem recitauit autor illarum formalitatū vbi supra: potest dici faciliter q̄ non sufficit ad distinctionem se totis subiectiuā. diuersitas existentie actualis aliquorum. Sz requiritur q̄ habeāt seorsum existentiam vel separatim/ seu q̄ non sint in eodem supposito seu subiecto. Et in hoc a reali et essentiali distinguit: facilē ergo euadi potest hoc argumētū/ q̄ procedit ex falsa imaginatione. rōis soluti

¶ Item sexto arguo pbādo q̄ distictio se totis obiectiue nō inferat oēs alias: nec sit maior oīb⁹ aliis. q̄ risibile ē flebile distinguūt se totis obiectiue. sīr risibile ē hō ē tñ nō distinguūtur realiter. ergo distictio se totis obiectiue nō infert distictionē realē. nec est maior ea. assumptū pbat: q̄ in nullo ceptu cōmuni reali qditatiuo cōueniūt. cū illa habeāt ceptus simplr simplices. nec includūt ens qditatiue. ois enī ppa passio cuiuscūq̄ entis est simplr simplex. nec aliquid includit qditatiue. qō cōfirmatur et est quasi idem. qa bnitas ē bonitas que sunt ppie passiones entis distinguunt se totis obiectiue. ē nō distinguūtur realiter. ergo distictio se totz obiectiue nō infert distictionē realē. nec oēs alias. assumptū patet: q̄ in nullo cōceptu cōi qditatiue cōueniūt cū nullū sit suprius ad ipsas. Dicūt enī ceptū simpliciter simplicē irresolubilē in aliū prius. nec ens qditatiue predicat de ipsis: cū sit subiectū ipsarū. Nullū enī subiectum predicat qditatiue de suis ppriis passionibus. q̄ autez oīa predicta idemptificētur realiter patet: quia omnis ppria passio idēptificatur realiter cum suo subiecto. et oēs passiones eiusdē subiecti idemptificātur realiter inter se. Sexto arguitur sic.

